

A
De eo quod iustum
est circa conjugalis de-
biti prestationem tract.

scrips. J. Ludov. Beck
qui Francov. et Lips.
Janus. 1733.

Vita Bartholomaei Meßeri
extat in Steuber. nat. de
Theolog. Newburgensib.
in Est. R. Schriftl. Part.
3 p. 636 seq.

ENCHIRIDION
DE ARTE BENE
BEATEQVE MO.
RIENDI,

Conscriptum per
IOACHIMVM ÆBEVST,
in Planitz I.C. ætatis
suae 75.



Cum gratia

& Privilegio.

Impensis Bart. Voighti. Anno 99.

Psalm. 90.

Transitus celer est, &
auolamus.



Picturam quoties hanc aspicias, optima Lector,
Te toties vitreum noueris esse globum.
Instabilis puluis, vitæ est properantis imago,
Ille fugit, veluti vita caduca fugit.
MORS certa est incerta dies, hora agnita nulli,
Extremam quare quamlibet esse puta.

INSIGNIA NO-
BILIVM ABEVST.



A 2 In

et,
um.
o,
nulli.
In



In Artem moriendi
NOBILISS. ET DOCTIS-
SIMI IURISCONSULTI IOA-
CHIMI à BEVST, Domini
in Planitz.

EPIGRAMMA

Factum à

Dauide Peifero, I. C.

Est adeò per se MORS formidabile nomen:
 Vt mentes hominum terreat ipse sonus.
Te verò moueat nihil hæc inscriptio Libri,
 Quo minus ob titulum candide Lector emas.
Cum præcepta pius viuendi traderet autor:
 Huic Arti MORTIS nomen inane dedit.
Vt Mortem in ligno moriendo vita peremit:
 Sic vitam in Sanctis Mortis imago parit.
Tu quoq; diuini lecto Syntagmata Beusti,
 Æternum si vis viuere, disce mori.
Vitam Chresticole mortalem vita perennis
 Excipit, vt sit MORS inter vtramq; NIHIL.

ENCHI-

ENCHIRIDION I
DE ARTE BENE
BEATEQVE MO.
RIENDI.



*M*nes Artes aut na-
tura, aut industria
humana doctrinaq;
& exercitatione ac-
quiruntur, ut pulchre docet Plutar- Plutareh.
chus in libello περι τῶν ἀγαθῶν
ἔργων. Moriendi vero ars sola, tan-
tum ope Spiritus sancti, sine cuius
lumine nihil est in homine, disci-
tur, ex assidua verbi diuini lectio-
ne & meditatione, & ardenti
ad Deum invocatione, sicut vir Dei
Moyses in sua precatatione Psalm. 90. Moyses.
ostendit, inquiens: Doce nos Do-
mine cogitare, quod sit morien-
dum, ut ambulemus corde sapienti.

Patriarcha
 rum atas
 ante & post
 diluuium.

Deplorat vir Sanctus humana
 vita breuitatem in eo, quod ante
 diluuium Patriarchae fuerint gran-
 daui, & ultra nongentos, imò mil-
 le prope annos attigerint, Genes. 5.
 Post diluuium vero per iram Dei
 factum ut vix decimam aetatis Pa-
 triarcharum partem affecuti sint
 posterii. Abraham 175. vixit an-
 nos, Genes. 25. Isaac 180. Genes.
 35. Iacob coram Rege inquit: Pe-
 regrinationis vita mea animi pauci
 & mali sunt 130. Omnes autem
 dies: vita illius facti sunt 147. an-
 nerum, Genes. cap. 47. Tandem
 accisus terminus vita humana ad
 annos 70. & 80.

Ideo Moyses in hac sua preca-
 tione utitur exclamatione non oci-
 osa, cum ait: Quis nouit potentiam
 ira

ira tua, & quis metuit iram tuam?
 Quasi dicat, nullus. Vult ergo
 nos admoneri peccatorum nostro-
 rum, quoties breuitatem hanc, va-
 nitatem ac miseriam vite nostrae
 in nobis experimur, ac sensu illa-
 rum afficimur. Merito igitur ex-
 clamat Moyses, inestimabile esse
 ira Dei robur aduersus peccatum, **Mors vna**
 per quod mors in mundum intra- de.
 uit, Rom. 5. Deus enim mortem
 non fecit, sicut in lib. Sap. cap. 1.
 & 2. in fine scribitur, sed ex in-
 uidia Diaboli per consensum pri-
 morum parentum in mundum in-
 travit. Consentire tuum o homo,
 perduxit te ad mortem, inquit
 Augustinus in Iohann. capit. 12. **Augustia**
 Mors merces est, quam nobis per
 peccatum nostrum inobedientia
 A 4 nostra

Photinus, *nostra comparauimus, ait Photinus.*

*Quare monet Moyses, si uelis
mus ambulare corde sapienti, ut
discamus moriendum esse nobis,
quemadmodū peculiari capite Psal-
tes orat dicens: Notum fac mihi
Domine finem meum, & nume-
rum dierum meorū quis sit, ut sci-
am quod ego desinam. Ecce mensu-
rā palmi posuisti dies meos, & tem-
pora mea sicut nihilum corā te Psal.
39. Dies nostri quasi umbra super
terram, & nulla est mora, 1. Para-
lip. cap. 30. Deus creauit hominem
ex limo terra, & rursus redigit
eum in puluerem, Syracid. cap. 17.
Hinc fœdus antiquum est & ater-
num, semel omnibus hominibus
moriendum esse. Heb. 9. & Eccle-
siast.*

siast. cap. 14. & Psal. 31. & 89. sub
fine. Omnes una manet nox, &
calcanda est semel via lethi, Mi-
xta senum ac iuuenum, densantur
funera, Nullum saeva caput Proser-
pina fugit, ut Lyricus ait.

Optimus & sapientissimus
Imperator Fridericus tertius ali-
quando interrogatus, qua in re pra-
cipuam operam homo in hac vita
ponere deberet, respondit: In agni-
tione Dei & Arte moriendi, id
quod verissimum est, sicut pulcer-
rimè in supra dicto Psal. 90. ceci-
nit Poeta hoc versu:

Nosse Deum, & bene posse mori,
sapientia summa est.

Vt autem artem moriendi,
de qua verba facere institui, me-
thodica quadam ratione, quantum

A S mihi

Dictum
Friderici
Imperato-
ris III.

Socrates.

mihī per gratiam Dei concedetur, pingui, ut aiunt, Minerva, docere & monstrare possim, diuisione utar, cum ea lectori grata esse, & multum lucis in omni materia adferre soleat, sicut Socrates in Phædro Platonis ait, & Enchiridion hoc in tres partes diuidam:

Diuisio
huius Enchiridij.

In prima parte tradam præcepta quædam, quomodo vitam hanc instituere, & hoc æuum transigere debeamus, ut bene beateq; ex hac vita terrestri in cœlestem migrare possimus.

In secunda parte dicam de miseris vitæ terrestris & gaudijs vitæ cœlestis.

In tertia & vltima parte dicam de morte ipsa, quid & quotuplex sit. Et de consolationibus
&

& terroribus mortis in tota vita, maximè in agone morti opponendis.

In omnibus his capitibus necesse est scripturas sanctas in testimonium vocare. Sensus quippe nostri & narrationes sine hist^{or}is non habent fidem, ut dixit Origenes super Hierem. homil. I.

PRIMA PARS.

DE PRÆCEPTIS
NONNVLIS OBSERVANDIS, VT BENE BEATE
tequè ex hac vita terrestri in
coelestem migrare
possis.

Cum tota Philosophia, teste Platone, nihil aliud sit, quam plato. meditatio siue preparatio ad mortem

tem, & omnis ars sua praecepta habeat, ideo de Arte bene moriendi siue εὐθανασίας praecepta quaedam ob oculos ponam, monentia, quomodo vitam suam homo Christianus instituere debeat, ut bene beateq; ex hoc mundo immundo, in caelestem mundam patriam migrare possit.

PRIMUM PRAECEPTUM.

Verbum Dei ama & Dominum time.

TV quisquis es, statim à prima iuventute tua incipias amare verbum Dei, & Dominum time-
re, iuxta praeceptum Ecclesiastae cap. 12. ubi inquit: Memento Creatoris tui in die iuventutis tuae, de quo di-
cto

Et Augustinus sermo scribens, sic August.
ait: Maledictus omnis, qui pul-
cerrimum & fragrantissimū ver-
nantis iuuentutis florem Diabo-
lo, fœtidas vero decrepita & sor-
dida senectutis feces Deo consecrat.

Si tu verbum Dei amaueris, & in Fructus
timore Domini vixeris, superbiam verbi Dei
& timoris
odio habebis, quod nisi feceris, Deus Domini
qui humilibus dat gratiam, resistet
tibi 1. Pet. 5. quia quod humilis

Spiritus congregat, hoc animus su-
perbus dissipat, ut Gregorius ait. Sit Gregor.

hæc prima tua cura, ut Deum que-
ras mente pura, inquit Bernhardus. Bernhard.

Hoc verbum & hunc timorem Dei
ante omnia ames & discas. Cer-
tissimum enim est, quicquid doce-
tur in verbo Dei, veritatem esse,
& quicquid promittitur, felicitatem

tem. Nam Deus veritas est sine fallacia, bonitas sine malitia, felicitas sine miseria, inquit Chryso-
 Chrysoft., stomus, quia eloquium eius mundum est argentum igne examinatum, in vase testaceo purgatum septies, ut inquit David, Psalm. 12. Verbum Dei suam ostendit naturam in aedificatione morum, ostendit altitudinem suam in promissione premiorum, ostendit horribilem aspectum terroribus suppliciorum. Rectum enim est in praeceptis, altum in promissis, terribile in minis, ut inquit Gregor. super Ezech. homil. 6. Verbum Dei est virga & baculus, quo consolamur, Psalm. 23. est gaudium & letitia cordis nostri, Ierem. 15. recreans animas, Psalm. 19. est gladius fidei nostrae, quo

quo possumus omnia tela nequissimi
igne extinguere, Ephes. 6. & vi-
tam aeternam consequi, Iohan. 5.
Omnis sermo Dei igne purgatus
clypeus est sperantibus in se, ut Sa-
lomon ait, Prouerb. 30. Quod ver-
bi studium commendat idem Da-
uid iuuentuti, Psalm. 119. Octon.
2. inquit: In quo mundam faci-
et adolescens viam suam? In cu-
stodiendo sermones tuos. Et in co-
dem Psalmo, Octon. 14. sic ait.
Lucerna pedibus meis verbum tu-
um, & lumen semitis meis. Ado-
lescentie feruor & natura ad ma-
lum propensa emendatur, si iuxta
verbi Diuini normam vitam in-
stituat. Id enim optimum prebet
pedagogum adolescentie.

Parentum

Cura pa-
rentum sit
liberos in
verbo &
timore
Dei in-
struere.

Parentum etiam cura erit,
pueros verbo Dei assuefacere ab in-
fancia, & eos erudire in verbo
Dei, ut timeant Dominum, & ab-
stineant à peccato, & superbiam
fugiant, quemadmodum Tobias fi-
lium suum instituisse legitur, Tob.
1. & 4. Et Deus de Abrahamo sic
inquit: Hoc scio, quod preceptu-
rus sit filiis suis, & domui suae post
se, ut custodiant viam Domini,
& faciant iustitiam ac quod iudicium,
Genes. 18.

Deinde vivas etiam in timo-
re Dei, qui est initium omnis sapi-
entiae Proverb. 1. & Psal. 111. Nam
timenti Dominum bene erit in ex-
tremis, & in die mortis suae bene-
dicetur, Ecclesiast. cap. 1. & Pro-
verb. 1. Qui male vivit, male finit.

Vivas

Vivas ergo bene, ne male moriaris, Augustin.
inquit Augustin. Serm. 24. Time-
te Dominum omnes Sancti eius,
quoniam non est inopia timentibus
eum Psal. 34. Sic & Maria in suo
Cantico ait: Misericordia eius a
progenie inprogeniem timentibus
eum Luc. 1. Item: Quis est homo,
qui timet Dominum? docebit eum
in via quam elegit, Anima eius in
bonis commorabitur, & semen eius
hereditabit terram. Secretum Domi-
ni timentibus eum, & testamentum
suum manifestabit illis Psalm. 25.
De quo verbo & timore Dei idem
David inquit: Lex Domini im-
maculata, recreans animas, testi-
monium fidele, sapientiam præ-
stans parvulis. Mandata Domini
recta, letificantia cor, præceptum
Domini.

DE ARTE

Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini purus, & permanens in seculum seculi. Iuridica Domini vera, iustificata simul, desiderabilia super aurum & super obrizum multum, & dulciora super mel & fauum, Psalm. 19. cuius Psalmi singula verba digna sunt consideratione.

Explicatio
Psalm. 19.

Primò lex Domini appellatur immaculata & perfecta, ad differentiam humanarum legum, quae saepe sunt spurca & imperfecta. Deinde dicitur firmum testimonium, cum è contrario humana rationes perpetuo vacillent & nutent. Parvulos atq; simplices erudit, dans sapientiam rudibus, indoctis & iuxta mundum stultis, 1. Corinth. 2. vero gaudio exhilarans

larans cor & pacans conscientiam.

Dicitur etiam Mandata Domini recta, quoniam nihil ibi est curui, obliqui aut iniusti, ut passim in humanis legibus animadvertitur. Illuminat oculos, è diuerso traditiones hominum meras tenebras offundunt. In summa, vera sunt & iusta, qua nobis prescripsit Deus, quod non item de humanis legibus poteris obseruare.

Caput solide sapientie verbum Dei & timor Domini.

Caput ergo solide sapientie est amare verbum Dei, & reuereri Deum ipsum, sicut inquit Ecclesiast. cap. vlt. Deum time, & mandata eius serua. Dominum Deum tuum timebis, & illum coles. Et nunc Israel, quid petijs Dominus Deus tuus à te, nisi ut timeas Dominum



minum Deum tuum, & ut ambu-
les in omnibus vijs eius, & diligas
eum, & seruias ei in toto corde
tuo, Deuteronom. cap. 6. & 10. &
31. Adde textum Malach. 3.

Istud preceptum de amore
verbi Dei & timore Domini o-
mnes homines statim à prima iu-
uentute discant, quia quod in pri-
mis annis discitur hoc diutius hæ-
ret, sicut Horatius inquit:

Horatius. Quo semel est imbuta recens seruabit o-
dorem Testa diu.

De picta-
te. Et est pietas ista ad omnia utilis,
habens promissionem vite, & que
nunc est, & futura, ut inquit Pau-
lus I. Timot. 4.

Est pietas homini rerum gratissima messis,
Qui pius est, veris nescit egere bonis.

Omnia

Omnia diues habet pietas, inquit
 Stigelius. Deus eripit pium ex o-
 mni malo. Vnicum & solum bonū
 apud homines est pietas, ut Lactan- Lactan-
 tius inquit: μία φυλακὴ ἢ εὐσέβεια:
 εὐσεβεία γὰρ ἀνθρώπου οὐ δαίμων
 κακός, οὔτε εἰμαρμένη κρατῆ. Θεὸς
 γὰρ ῥύεται τὸν εὐσεβῆ ἐκ πάντος
 κακῶ. τὸ γὰρ ἔμνη μόνον ἐν ἀνθρώ-
 ποῖς ἀγαθὸν ἐστὶν εὐσέβεια.

Nostrum est in presenti seculo
 pie viuere, In hoc enim apparuit
 gratia Dei & Saluatoris nostri o-
 mnib. hominibus, erudiens nos, ut
 abnegantes impietatem & mun-
 dana desideria modeste, iuste ac pie
 viuamus in presenti seculo, expe-
 ctantes beatam spem, & apparitio-
 nem gloriae magni Dei & Salua-
 toris nostri Iesu Christi, Tit. 2. Nos
 enim,

Cyprian.

enim qui in aeternum manere volumus, Dei, qui aeternus est, voluntatem facere debemus, inquit Cyprianus in Oratione Dominica.

Augustin.

Si vis manere in aeternum, ames verbum Domini, quod manet in aeternum, ait Augustin. in Iohan. tractat. 7. Qui diligunt eum, conseruabunt verbum illius, inquit Ecclesiast. cap. 2.

Amemus ergo, & conseruemus verbum Dei, ex quo notitiam veri Dei consequimur, & conscientia bona participes reddimur, & ex hac arumnarum valle beata emigratio nobis contingit, quae certe sunt summa illa fixa & stabilia bona, quibus maiora hominis mens excogitare, & cor exoptare nequit. Quapropter deimus operans

v

ut verbum Christi habitet in nobis abundanter, Coloss. 3.

SECUNDVM PRAE-
CEPTVM.

Sobriè viue.

Magnus fuit luxus Romano- De luxu
rum, sicut de Heliogabalo, qui Romanor
rum.
sexcenta capita struthionum, & Vi-
tello, qui bis mille pisces ex vario
genere in una caena hospitibus ap-
posuisse scribitur. Deniq; alij alijs
ciborum delicijs ad luxum & o-
stentationem usi sunt, ut testantur
historie. Vide Gell. lib. 5. cap. 18. & Gellius.
lib. 7. cap. 16. Macrobi. lib. 5. cap. 8. Macrobi.
& lib. 19. cap. 15. Plin. lib. 9. cap. Plinius,
16. & 18. Sueton. in Calig. cap. 87. Sueton.
Seneca. Seneca.
Senec. ad Lucill. Epist. 90. & AE- Aelianus,
lian. lib. 12. ut recte dixerit Chry-
sippus,

Chryfipp. *sippus, Irritationes quasdam edendi repertas esse, non per usum vitæ necessarias, sed per luxum animi paratas improba hominum gula. Sed nos crapulam fugiamus, monente Christo, qui inquit: Attentite, ne corda vestra grauentur crapula, Luc. 21. Habendus est honor corpori, ut pascatur victu sufficiente, sed non immodico & superfluo, Coloss. 2. in fine.*

Plutarch. de Philoxeno.

Non debemus nobis optare collum gravis, sicut Philoxenus parasitus fecit, qui conuiujs adhibitus, solitus fuit in pultaria emungere, ut reliquis rei feditate abhorrentibus solus epulis fruere, ut Plutarchus scribit. Decet nos decenter ambulare, non in commessationibus & ebrietate, non ad concupiscentias

scientias atq; inordinatas cupiditates explendas, Rom. 13. Nam alias multi in hac vita manducant, quod postea apud inferos digerunt, inquit Augustin. in Psal. 49. Nolite inebriari vino, in quo est $\alpha\sigma\omega\tau\iota\alpha$, Ephes. 5. Vbi Paulus non tantum prohibet temulentiam, sed in genere luxum & vitam Cyclopicam ebrjys familiarem. Ebrj non respiciunt ad opus Domini, nec opera manuum eius considerant, Esa. 5. Meminerimus, quod sobrietas sive temperantia sit fructus Spiritus, Gal. 5. Cum è contrario vinum & ebrietas auferant cor, Osee 4. Propter nimiam vini ingurgitationem & belluationem falsè Neapolitanus quidam notatus est hoc Epitaphio:

B

Vino

Epitaphiū
eiusdam
ebriosi,

Vina mihi vitam, mortem mihi vina de-
derunt,

Sobrius auroam cernere non potui.
Ossa merum sitiunt, vino consperge se-
pulchrum,

Et calice epoto chare viator abi.

Caueant vinosi, ne & ipsis ta-
le vel simile Epitaphium in igno-
miniam ipsorum scribatur. Vinum
datum est, ut delectemur, non ut
dehonestemur, ut rideamus, non
ut rideamur, ut valeamus, non ut
egrotemus, ut corrigamus corporis
valetudinem, non ut anime pro-

Chrysol. sternamus virtutem, inquit Chry-
sol. ad populum Antiochenum hom.
71. Cogitemus, quod templum Do-
mini sumus, & Spiritus Dei habi-
tet in nobis. 1. Corinth. 3. & 2. Co-
rinth. 6. Vino ebrj nec Spiritum
sanctum

sanctum retinebunt, nec regnum
 Dei possidebunt, 1. Corinth. 6. Si
 Epicureus eris, inter filios Dei non
 eris, inquit Augustin. de verb. A- Augustin.
 post. Serm. 13. Servum non vis ha-
 bere ebriosum, & tu qui es servus
 Dei, ipse es ebriosus, ait idem Au-
 gustin. de Temp. Serm. 233. Ebrius
 animatum cadauer est, ut dixit
 Chrysof. de oratione lib. 2. Sicut Chrysof.
 fumus fugat apes: sic crapula fu-
 gat Spiritum sanctum, & dona
 spiritualia, ut Basilus ait. Quan- Basilus.
 do mens hominis à vino corrumpi-
 tur, similis est curribus, qui auri-
 gam amiserunt, ut pulchre scriptum
 reliquit Isocrates ad Damonium. Isocrates.
 Ebrietas etiam homines iustos ad
 stuprum pertraxit, ut ostendit exem-
 plum Loti Genes. cap. 19. sub fine,

qui tamen non voluntate, sed arte
 filiarum suarum deceptus fuit, ut
Origenes, scribit Origenes in illo capite 19.
 homil. 6. In summa, Senarius hic
 vetus verissimus est:

ὁ πολλὰ πίνωρ, πολλὰ κ' ἔξαμαρ-
 τάνει,

Peccata multis multa subsunt poculis.

De hoc detestando ebrietatis vi-
 tio, qui volet plura legere, cum non
 omnia vitia ebrietatis hic recenseri
 possint, videat Platonem lib. 1. &
 7. & Dialog. 5. & 6. de LL. &
 de Repub. lib. 3. Et Senecam lib. 3.
 nat. quæst. cap. 20. & Epist. 84. Et
 in Epist. ad Lucillum, ubi inquit:
 Ebrietas unius hora liberam insa-
 niam longi temporis tadio pensat.
 Idem Seneca inquit: Consuetudi-
 ne insanie durata vitia vino con-
 cepta

cepta, etiam sine vino durant. Et
Bernhardus ait: Ebrietas est blan-
dus Demon. O dulce venenum,
quam qui habet, seipsum non ha-
bet, qui facit peccatum, non facit,
sed totus ipse peccatum. Et Eubu-
lus introducit Balthum dicentem:
Tres tantum ego sanis crateras
misceo, unum valetudinis & hunc
primum Oedipum, secundum amo-
ris, at soporis tertium, quo qui sa-
pere solent, eunt hausto domum.
Quartus est haud amplius crater
meus sed contumelia, velut huic
proximus clamoris, &c. & addit
pulchrum Epiphonema sic inquit:
Nam plurimum vini inditum in
vas paruulum, sternit sine omni
quem replet negotio. Vide Athe-
naum lib. 2. cap. 1.

B 3

Quod

Ocium fugiendum.

Quod autem de ebrietate & crapula fugienda praecipitur, idem de omnibus alijs vitijs, maxime verò de ocio fugiendo dictum puta, quia ocium multa mala docuit, ut ait Ecclesiast. cap. 33. sub fine. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia ocij, inquit Deus per Prophetam Ezechiel. cap. 16. Hieronymus ad Rusticum scribens, prudenter monuit ocium fugiendum esse, sic inquit: Semper age aliquid, ut Diabolus adueniens, semper te aliquid agentem inueniat occupatum. Et Pœta de vitando illicito amore ait:

Ocia si tollas, periere cupidinis arcus,

Cedit amor rebus, res age, tutus eris.

Ocium alit ac incendit prauas cupiditates

ditates, sicut scriptum est: Incras-
 satus est populus, & recalcitra-
 uit, Deuteronom. 33. Item, sedit
 populus manducare & bibere, &
 surrexit ludere, Exod. capite 32.
 Vbi Chrysostom. ait: securè ede- Chrysoft.
 bant & bibebant, & propterea non
 credebant. Et Ambrosius in Epist. Ambros.
 ad Timoth. 1. cap. 5. de ingurgita-
 tionibus & delicijs loquens, ait:
 tales delicias esse peccatorum ia-
 nuas. Et in Mattheo cap. 12. nomi-
 natim dicitur de ocio, quod Diabo-
 lus inuenerit domũ vacantẽ, vel,
 ut græcus textus habet, ociosam.

Fugias ergo ebrietatem, cra-
 pulam & ocium, & sis sobrius &
 vigilans, quia aduersarius tuus Di-
 abolus non quiescit, sed tanquam
 leo rugiens circumit, querens quem
 deuoret,

deuoret, ut inquit Petrus in sua
Epist. 1. cap. 5. Tu verò hanc Diabo-
li potentiã facile conculcabis, si serió
nocte dieq; peccata tua conculcaue-
ris, inquit Chrysost. homil. 22.

TERTIVM PRAECE-
PTVM.

Pœnitentiam age.

Pœnitentia, quæ generali vo-
cabulo conuersio ad Deum no-
minatur, à pœnitendo sic dicta, re-
quiritur in hac vita ab omnibus
hominibus Christianis. Christiani
enim non aliunde sunt noscibiles,
quàm ex emendatione vitiorum
pristinorum, ut inquit Tertull. ad
Scapulam. Et Nazianzenus ait:
Deus nullare magis letatur, quàm
hominis emendatione & salute,
quis

Tertullia.
Nazianze.

quia *DEVS* non vult homines pe-
riri, sed omnes ad penitentiam
venire & saluos fieri, 2. Pet. 3. &
1. Timoth. 2. ut ex sequentibus di-
ctis veteris & noui Testamenti
constat.

In veteri Testamento testi-
monia haec sunt:

Viuo ego, nolo mortem pec-
catoris, sed ut conuertatur & vi-
uat, Ezech. cap. 18. in fine, & 33.
Vbi notandum, quod ille textus ex-
presse requirat peccatoris conuersio-
nem ad Deum. Sic enim inquit:
Impietas impij non nocebit ei, in
quacung; die conuersus fuerit ab
impietate sua. Item: Non auertam
faciem meam à vobis, quia san-
ctus ego sum, dicit Dominus, &
non irascat in perpetuum. Verun-

Testimo-
nia veteris
testamenti
de poenis
tentia.

B S TAMEN

DE ARTE

tamen agnoscito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum peccasti. Et iterum: Reuertimini nunc quisq; à via sua mala, & bonas facite vias. Ierem. 3. & 18. Et cap. 31. sic scribit Propheta: Conuerte me & conuertar, quia tu es Dominus Deus meus, postquam ego conuersus sum, egi poenitentiam, & postquam ostensum est mihi, percussi femur, confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentie mea, & conuertimini ad me toto corde vestro, & in ieiunio & fletu, & in planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia propitius & misericors est, longanimis & multa misericordia,

sericordia, & pœnitens super pœna,
Ioel. 2. Derelinquat impius viam
suam, & vir iniquus cogitationes
suas, & reuertatur ad Dominum,
& miserebitur eius. Esa. 55. Con-
uertimini ad me, & conuertar ad
vos, dicit Dominus exercituum,
Zach. 1. Quarite Dominum, & vi-
uetis, Amos 5. Calamum quassatum
non conteret, & linum fumigans
non extinguet, Esa. 42. Ego, ego de-
leo iniquitates tuas propter me, &
non recordabor peccatorum tuorum.
Delebo vt nubem iniquitates tuas,
& quasi nebulam peccata tua. Re-
uertere ad me, quia redemi te, Esa.
43. & 44. Propitiabor iniquitati
eorum, & peccati eorum non retor-
dabor amplius. Ier. 31. sub fine. Al-
leuat Dominus omnes cadentes, &
erigit.

erigit omnes oppressos, Ps. 149. id est, Dominus erigit lapsos & penitentia & resipiscentia subleuat per fidem Euangelij citra personarum exceptionem.

Quæstio
de iusto
cadente
septies in
die.

Hierony.

Ceterum, si septies in die cadit iustus, ut scribitur Prouerb. 24, potest queri, si cadit, quomodo iustus sit? ad hanc questionem respondet Hieronymus inquit: Iusti vocabulum non amittit, qui mox per penitentiam resurgit. Tu semper pugna contra Diabolum & peccata tua indefinente penitentia, quia nisi precesserit pugna, non potest esse victoria. Cum autem pugna congressione fuerit victoria, tum datur vincentibus corona. Et hoc est quod dicitur: Memento unde excideris, & age penitentiam.

nitentiam. Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam vite, Apocalyps. cap. 2. Reuertere aduersatrix Israel, & non faciam cadere iram meam in vos, quia Sanctus ego sum, & non irascar in perpetuum. Veruntamen agnosce iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum prauaricata es, Ierem. 3.

Requirit Deus pœnitentiam qui est iustus iudex, & minatur per singulos dies. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit & parauit illum, Parauit tela mortis, inquit David, Psalm. 7.

In nouo Testamento testimonia de pœnitentia non minus illustrata sunt, ut cum dicitur:

Testimonia noui testamenti de pœnitentia.

B 7

Agite

DE ARTE

Agite penitentiam, Matth. 3. &
4. Marc. 1. & 6. Luc. 13. ubi cum
Christo nunciatum fuisset de Gali-
leis, quorum sanguinem Pilatus
miscuerat cum sacrificijs eorum,
respondens Iesus dixit illis: Pu-
tatis quod hi Galilaei pra omnibus
Galilaeis peccatores fuerint, quia
talia passi sunt? non dico vobis,
sed nisi penitentiam habueritis, o-
mnes similiter peribitis. Et sub-
iungit Christus: Putatis, quod illi
decem & octo, supra quos cecidit
turris in Siloa, & occidit eos, &
ipsi debitores fuerint, praeter omnes
homines habitantes in Ierusalem?
Non, dico vobis, sed nisi peniten-
tiam habueritis, omnes similiter
peribitis. Superinduemur, si ta-
men non nudi reperiemur, 2. Co-
rinth.

rinth. 5. Pœnitentiam agite & conuertimini, ut deleantur peccata vestra, inquit Petrus ad eos, qui Christum crucifixerant, Act. 3.

Et Paulus ait: in omnem regionem Iudæe, ut gentibus annunciabam, & pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad DEVM,

Actor. 26. Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam ad salutem haud pœnitendam operatur,

2. Corinth. 7. Dominus patienter agit nobiscum, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam

reverti, 2. Pet. 3. Quæ verba Lutherus significanter germanicè ita vertit:

Lutheri
versio de
dicto 2.
Pet. 3.

Der HERR wil nicht
daß jemand verlohren werde /
Sondern daß sich jederman
zur

zur Buße kehre. Vult Deus ut omnes penitentiam agant, quemadmodum docet Paulus, Actor. 17. Quia in hoc apparuit gratia Dei & Salvatoris nostri omnibus hominibus, ut abnegantes impietatem & mundana desideria, modestè, iustè & piè viuamus in presenti seculo, ut scribit idem Paulus ad Tit. capite 2.

Bernhard. Ut autem eò libentius penitentiam agamus, moueat nos dulcissima Christi promissio, cum inquit: Gaudium erit in cælo super uno peccatore penitentiam agente, magis quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent penitentia, Luc. 15. Et suauissime Bernhardus exclamat: O quæ qualis quanta est misericordia Dei, qui super

super peccatore conuerso gaudet, & non minus illum diligit, ac si nullam peccati maculam contraxisset! Propter peccata nostra assidua, opus est etiam assidua pœnitentia. Si dixerimus, nos peccatū non habere, decipimus nos ipsos. Si verò confitemur peccata nostra, fidelis est Dominus & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate, 1. Iohan. 1. Innocens coram te Domine non est innocens, Exod. 34. Etiam si omnia fecerimus, tamen serui inutiles sumus, Luc. 17. & 1. Corinth. 4.

Tu quisquis es, pœnitentiam, que non consistit in tua voluntate aut viribus, sed benignitas Dei te ad eam adducit, Rom. 2. noli differre de die in diem, neq; tibi promittere

Pœnitentia nō differenda.

mittere multos annos, vel fidere
lubricitati & incertitudini huius
vite, quemadmodum diues ille fa-
ciebat inquiens: Anima habes mul-
ta bona reposita in annos multos,
requiesce, ede, bibe, oblectare, cu-
ius tamen anima nocte eadem re-
petebatur ab eo, Luc. 12. sed nitere,
ut possis esse seruus fidelis & pru-
dens, qui semper in procinctu stans,
expectet aduentum Domini sui,
Matth. 24. cum nescias quando is
uenturus sit, sub crepusculumne
vespertinum, an medio noctis
num sub gallicinio, an sub diluculo,
Mar. 13. ne subitanea & improuisa
mortis hora preuentus, tanquam à
laqueo accipis obrutus, inueniaris
imparatus, Luc. 21. Sed in vera
conuersione & penitentia cupias
dissolui,

dissolui, & esse cum Christo redemptore tuo, Philip. 2.

Prodigiosa cecitas est, hominem velle sibi diem præfigere, ad quem velit resipiscere in hoc horribili rerum statu. Quid expectas tempus, in quo sæpè non es Dominus tuarum cogitationum? ut multi febricitantes facti sunt delirantes, antequam convaluerunt: Ita multi mortui sunt, antequam poenituerunt, inquit Basilus. Basilus. filius in sua homilia ad divites. Et Gregorius inquit: Satis alienus à fide est, qui ad agenda poenitentiam tempora senectutis expectat, metuendum est, ne dum sperat misericordiam, incidat in iudicium.

Hac conuersio ad DEVM,
vera

Clemens
Alexandr.

vera ad mortem preparatio est, que toto tempore vita nostra durare debet. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, Psal. 95. Illud hodie, inquit Clemens Alexandrinus, augetur in unoquoque eius die, donec nominatur hodie, usque ad consummationem, & hodie & doctrina permanet, & tunc quæ verè est hodie, quæ non deficit dies Dei, una cum seculis extenditur. Semper ergo audiamus vocem Dei. Hactenus Alexandrinus.

Semper agas pœnitentiam, & eam non differas, ut monet Ecclesiast. cap. 5. & 18. sed per synceram confessionem & pœnitentiam, hodie, id est, omni die cum Deo & proximo redeas in gratiam. Agnosce

*ſ*ce peccata tua, & ea confitere Do-
 mino, & pete remissionem pecca-
 torum tuorum, & promitte vita
 emendationem, sicut Manasses fe-
 cit, 2. Reg. 2. Ducas cum Bernhar- Bernhard.
 do: O Domine, per dote vixi, re-
 mitte mihi peccata mea, sufficit mi-
 hi ad omnem iustitiam, te solum
 habere propitium, cui soli peccaui.
 Ducas etiam cum Dauide: Deli-
 ctum meum cognitum tibi feci,
 Domine, & iniustitiam meam non
 abscondi. Confitebor tibi trans-
 gressiones meas, & tu remisisti im-
 pietatem peccati mei, Psal. 32. Con-
 uerte te vera fide ad Christum, qui
 est propitiatio pro peccatis nostris,
 & non tantum pro nostris, sed pro
 totius mundi peccatis. 1. Iohan. 2.
 Et dic: Agnus DEI, qui tollis
 peccata

DE ARTE

peccata mundi, miserere mei. O
Domine Iesu, cur de caelo venisti?
quid in mundo fecisti? ad quid te
morti dedisti? nisi ut peccatores
saluares, quorum maximus ego
sum. O bone Iesu, nomen tuum dul-
ce, nomen delectabile, nomen con-
fortans peccatorum, nomen bea-
tae spei. Quid enim est Iesus ni-
si Saluator? Ergo propter tementi-
psum Iesu, esto mihi Iesus, esto mihi
Saluator benignus, Commisi ego,
Commisi, unde me damnare po-
tes, sed tu non amisisti unde me
saluare potes, omnis spes & totius
fiducia certitudo mihi est in pra-
cioso sanguine tuo, qui effusus est
propter nos & propter nostram sa-
lutem. Tu Domine non vis mor-
tem peccatoris, nec delectaris in
perdi-

perditione morientium, imò ut
mortui uiuerent, tu ipse mortuus
es, & mors tua peccatorum mor-
tem occidit. Obsecro te Domine, si
ipsi te moriente vixerunt, ut ego
te uiuente non moriar. Postea stus
diose hoc age, ne post actam pœni-
tentiam ad priora peccatorum tuo-
rum vitia reuertaris, sicut canis
reuersus ad vomitum suum, & sus
loca in volutabro cœni ut Petrus
inquit 2. Pet. 2. in fine, quod di-
ctum ille ex Salomone Proverb.
cap. 26. mutatus esse videtur.
Sis ergo cauius, ne post actam pœ-
nitentiam iterum vulneret Dia-
bolus, quod sanauit Dominus, ut
inquit Augustinus de temp. Serm. August.
29. Et quamuis non possis uiuere
in hac mundi fece sine omni vitio-
rum

Bernhard,

Pœnitentia in hac vita fieri debet.

rum labe, peccandi tamen voluntatem ne habeas, ut monet idem Augustin. de Ecclesiast. dogmatib. capite 53. Fœlix anima, quæ peccatum sentiens peccato non consentit, ut inquit Bernhardus in lib. de conscient. Noli dare locum Diabolo, Ephes. 4. sed resiste ei, & fugiet à te, Iacob. 4.

Illud perpetuo obseruabis, & nunquam excidat animo tuo, quod pœnitentia seu conuersio ad Deum debeat fieri in hac vita, quia post hanc vitam clausa est pœnitendi ianua ijs, qui hinc impœnitentes migrarunt, nec fieri potest, ut illi qui in presenti vita pœnitentiæ remedijs uti noluerunt, illic afferant Deo confessionem pro peccato, cum nullus amplius sit pœnitentiæ locus

cus,
Psal
ria
iusti
Ille
negl
ces
Etri
sias
der
ant
ceca
von
tis
gna
ter
tra
rio
pu
vo

cus, ut inquit Theodoret. super Theodor.
 Psalm. 6. In hac vita locus est gra-
 tie seu misericordiae, isthic verò
 iustitia tantum. Et Augustin. ait: Augustin.
 Ille qui datum tempus pœnitentiæ
 negligit, ante tribunal Christi pre-
 ces frustra effundit. Pro qua do-
 ctrina solet allegari dictum Eccle-
 siast. cap. 11. cum inquit: Vbi ceci-
 derit lignum, aut ad Austrum,
 aut ad Aquilonem, in quocunq; loco
 ceciderit, ibi crit. Quæ verba Hie-
 ronym. interpretans sic ait: Mor-
 tis tempestate subuersus, quasi li-
 gnum ubicunq; cecideris, ibi iugi-
 ter manebis, siue te rigidum &
 trucem, siue clementem & mise-
 ricordem, ultimum inuenerit tem-
 pus. Et in Psalm. 106. ait: Hortor
 vos agere pœnitentiam, dum estis

Explicatio
 dicti: Vbi
 ceciderit
 lignum,
 &c.

Hieron.

C

in

in hoc seculo, quoniam in hoc tantum seculo misericors est, quia illic iudex est non misericors. De qua doctrina, scilicet post hanc vitam non amplius esse penitentiae locum, vide quae plenè dixi in Enarrationibus meis super Euangelia Dominicalia & sanctorum festa, Dominica 26. post Trinitatis.

Quare ergo Dominum dum inueniri potest, Esai. 55. & 2. Corinth. 6. Certum est enim, quod post hanc vitam supplicia impiorum nullum finem habitura sint, ut docet Augustin. Contra Origenem lib. penult. de Ciuit. Dei. cap. 11. & 16. & 17. usq. ad finem, ubi refutat opinionem Origenis, qui aliquando tempus futurum putauit, quo Diaboli & impij tandem salua-

saluarentur. Et subiungit ibi Augustinus, quod diuino potius, cum tempus est, debent parere praecepto, qui sempiterno cupiunt carere supplicio. In hac enim vita tempus esse fructuose penitentiae, postquam verò dictum fuerit à iudice viuorum & mortuorum, Venite, discedite, &c. nimis praesumptionis esse, dicere, cuiquam eorum non fore supplicium aeternum. Haec enus Augustinus. Cuius rei Gregorius etiam Gregor. hanc rationem adfert. Quia, inquit, perpetuo peccare cupiunt impij, qui, dum viuunt, nunquam desinunt peccare, ideò iuste etiam supplicij nunquam desinentibus, à districtio iudice, non tantum facta, sed & voluntates & corda hominum pensante, diiudicari.

Cyprian.

Notum est dictum veterum:
 Pœnitentia sera, rarò vera; si vera,
 non sera, quia in isto adhuc mundo
 manenti, pœnitentia nulla sera est,
 ut scribit Cyprian. contra Deme-
 trium tractat, 1. Sed illa pœniten-
 tia sera valde periculosa est, ut tra-
 didi in allegata Dominica 26. post
 Trinitatis, ubi vide.

Huc facit Augustini dictum,
 cum inquit: Pœnitentia, que à mo-
 riente tantum petitur, timeo ne ipsa
 moriatur. Et Bernhardi, qui, Pœni-
 tenti, inquit, veniam spondit,
 viventi, autem crastinum diem
 non promisit.

Effectus
 pœnitent
 iæ.
 Cyrillus.

Effectum huius pœnitentia,
 de qua loquimur, tradit Cyrill. in
 Iohan. lib. 6. cap. 19. ubi sic inquit:
 Scimus quod peccatores Deus non
 exaudit,

exaudit, tunc autem exaudiuntur, si resipiscant à peccatis, mala prae-
rita lachrymis abluant, & ex cor-
de abnegent, se esse quod fuerant.
Translati enim per hoc sunt à mor-
te ad vitam, à sinistra in dextrā,
ab iniustitia ad iustitiam. Si la-
chrymas penitentiae seminaueri-
mus, fecunda sine dubio messis no-
bis indulgentiae orietur, inquit Ar-
nob. super Psal. graduum grad. 7.
in fine. Quo spectat dictum Augu-
stini, cum ait: Vbi non est confessio
morbi, ibi non est applicatio reme-
dij. Et alibi idem, Qui negat, in-
quit, se habere peccatum, non hoc
agit, ut peccatum non habeat, sed
ut veniam non accipiat.

Scimus correctis veniam non
esse negandam: inquit Prosper. Prosper,

Eos vero, qui perseverant in malitia sua, & prae teritis peccatis quotidie nova accumulanti, fiuntque in dies deteriores, Deus minime exaudit: sed eorum preces abiicit & execratur, quemadmodum per Prophetam dicit: Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestrae sanguine plenasunt, Esa. cap. 1. Haecenus Cyrill.

Memineris tibi datam esse viam vitae & mortis, ut inquit Dominus per Prophetam Ierem. cap. 2. Est enim duplex via, alia angusta, quae est via vitae, & alia lata, quae est via mortis & perditionis, de qua via angusta & lata ipse Christus discipulos suos & nos omnes monet,

Duplex
via.
Vna vitae.
altera mortis.

net, cum inquit: Intrate per angustam portam, quia lata porta spatioiosa via est, qua ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Angusta autem porta & arcta via est, qua ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam, Math. 7.

Tu ergo, qui ad Deum conuersus es, & serio penitentiam egisti peccatorum tuorum, scias te esse in via illa angusta, qua ex morte in vitam transire potes. Si vero penitentiam non egisti, nec agere vis, sed perseuerare in peccatis tuis, scias te stare in via peccatorum, & esse in via illa lata, qua ducit ad perditionem. Quemadmodum infans magno cum periculo ex angusta materni uteri cellula, in spacio-

C 4

sumo

DE ARTE

sum hoc caeli lumen educitur: sic
homo conuersus per arctam mortis
portam ex hac misera vita in cae-
lum migrat ad gaudia perpetua,
quae non auferentur ab eo. Quam
similitudinem Christus ipse nobis
proposuit Iohan. 16. Si vero homo
non conuersus manserit in via lata
vsq; ad extremum vitae spiritum,
ille in iudicio non consistet, sed via
eius peribit, Psalm 1, Ibit in infer-
num, ubi nulla redemptio erit, sicut
exemplum Diuitis & Lazari osten-
dit, Luc. 16. ubi Abraham Diuit
respondet: Inter nos & vos chaos
magnum firmatū est, ut hi, qui va-
lunt hinc transire ad vos nō possint,
NEQVE INDE HVC TRANS-
MEARE.

Facilis

*Facilis descensus Avernus,
Sed reuocare gradum, superasq; euadere
ad auras*

Hoc opus, hic labor est, inquit Pæta.

Item:

Ingressum facilem spaciofo limine præbet.

Egressum nullum regia Ditis habet.

*Ibunt ergo in infernum im-
pœnitentes, idololatrae, Apostatae,
Blasphemi, contemtores & perse-
cutores verbi Dei, quorum ma-
gnum catalogum enumerat Paulus
1. Corinth. 6. & Galat. 5. & Io-
han. Apocal. 21. Et, ut uno verbo di-
cam, ibunt in infernum omnes In-
creduli. Omnis enim, qui in filium
non credit, iam iudicatus est, Ioh. 3.*

*Et quanquam fideles effusi sangui-
nis Christi precio redempti, prorsus
infernum nesciunt, ut alibi scribit
Augustinus: tamen infernum esse*

De infer-
no.

Augustin.

C 5

Chri

Christiana credit religio, secundum
 symbol. Apostolicum. Sed ubi & in
 quo loco sit, tu non queras scrupulo-
 se, sed scias, quod nemo inferni
 mala, ut sunt, dicere vel cogitare
 possit. Sunt enim tristiora & peio-
 ra, quam dici aut cogitari possint,
 ut inquit idem Augustin. de tripl.
 habit. cap. 1. Discce ergo melius esse
 querendum, quo pacto infernum
 evitare possis, ut rectè dixit Chryso-
 stomus. Sola autem fide in Chri-
 stum & vera pœnitentia infernum
 effugere potes, quando militas mi-
 litiam bonam, habens fidem & bo-
 nam conscientiam, 1. Timoth. 1. Ni-
 lus Episcopus in libro preceptorum
 ait: Conscientia pro lucerna utere
 in actionibus. Ea enim, que in vi-
 ta bona sint actiones, que verò ma-
 la,

Chrysoft.

Nilus.

la, tibi ostendet. Cui simile est, quod
Thalassius scribit, cum inquit: Ma-
gistra verax conscientia est bona,
cui quisquis auscultarit, absque scrus-
puli offendiculo permanet.

De bona
& mala
conscientia.

Quemadmodum autem ma-
gnum solatium est habere bonam
conscientiam, sicut Poeta ait:

Hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Et Iob: Non reprehendet me cor
mseum, Iob 27. ita nulla poena gra-
uior est, quam mala conscientia, ut
Isidorus inquit: Quam malam
conscientiam Ethnici his versibus
describunt:

Cur tamen hos tu
Evasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & furdo verberare
cedit

DE ARTE

Occultum quatiēte animo tortore fla-
gellam?

Pœna autem vehemens, & multo seuior
illis

Quas aut Cœditius grauis inuenit, aut
Rhadamanthus.

Nocte dieq; suum gestare in pectore testē.

Item:

Exemplo quodcunq; malo committitur,
ipsi

Displicet auctori, prima est hæc ultio,
quod se

Iudice nemo nocens absoluitur, improba
quamuis

Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam.

Item:

Hi sunt qui trepidant, & ad omnia ful-
gura pallent,

Cum tonat, exanimes primo quoq; mur-
mure cœli.

Plutarch,

Et Plutarchus ait: Malitia & sce-
lus carnificinam sui unicuique ex
seipso

seipso, fabricat. Et Seneca inquit: Seneca
Scelus commissum neminem à pœ-
na & metu liberat.

Vt ergo bono animo esse possis,
vive in pœnitentia, & ambula in
via arcta, que in cœlum ducit.
Quod si adhuc dubitas, an sis in via
arcta vel lata, sic cum Dauide ora-
bis: Proba me Deus, & cognosce
cor meum, examina me, & cogno-
sce cogitationes meas, & viam, si
via iniquitatis in me est, & deduc
me in via eterna. Ps. 139. Christi
verbum sit via tua in cœlum. Ipse
enim Christus solus est via, veri-
tas & vita, sicut inquit Ioh. cap. 14.

QVARTVM PRAECE-

PTVM.

Coena

Coena Domini sa-
pius vtere.

TV qui per synceram confessio-
nem & poenitentiam cum
DEO in gratiam redisti, sepi-
us uti debes coena Domini, cum
ob causam, ut credas & cogites,
quod Christus peccata tua, sua mor-
te expiavit, & quod propter eum
Deus Pater peccata tua velit tege-
re, & tibi, qui poenitentiam egisti,
non imputare, Psalm. 32. Commen-
dat Deus charitatem suam erga
nos, quoniam, si cum adhuc pecca-
tores essemus, Christus pro nobis
mortuus, multo igitur magis iusti-
ficati nunc sanguine ipsius, salvi
erimus ab ira per ipsam. Si enim,
cum inimici essemus, reconciliati
sumus

sumus Deo per mortem Filij eius,
multo magis reconciliati, salvi cri-
mus per eum, per quem nunc recon-
ciliationem accepimus, Rom. 5. Ista
peccatorum remissio & reconcilia-
tio in sumptione huius cœna serio co-
gitanda & credenda est, nempe,
quod in hac cœna annuncietur no-
bis remissio peccatorum, sicut verba
cœna sonant.

Hanc specialem fidem semper
in sumptione huius cœna afferre de-
bemus, & fide niti hac cœna, ceu fir-
mo baculo, quo usus est Iacob patri-
archa, cū transiret Iordanē, Gen. 32.

Meminerimus etiam, hanc
sumptionem corporis & sanguinis
Christi (quæ fit non tantum fide,
sed etiam ore) esse resurrectionis
nostræ symbolum, sicut Canon Ni-
cenus,

Iustinus
Martyr.

cenus, cui interfuerunt 318. Episcopi, Anno Christi 325. testatur. Non enim cibis ille Eucharisticus per concoctionem aut alterationem usurpatur, sed mortalitatem nostrorum corporum mutat in suam naturam, hoc est, immortalitatem, vitam & gloriam, ut inquit Iustinus Martyr. Apolog. 2.

Admoneat ergo nos usus huius cœnæ inter alios fructus de resuscitandis corporibus nostris. Quemadmodum enim Christi corpus in morte non mansit: sic nec nostra mansura erunt, id quod in Symbolo confitemur, quando dicimus: Credo carnis resurrectionē. Fieri enim non potest, ut corpora nostra maneant in sepulchris, cum nutrita sint corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi,

Christi, ut Irenaeus inquit contra Irenaeus.
 Valentinianum li. 4. c. 34. Quom-
 admodum per Christum ablato pec-
 cato redit iustitia: sic etiam per
 eum mortua reuertitur vita, ut ait
 Bernhard. in serm. ad milites tem-
 pli cap. 11. Cumq; passio & resur-
 rectio Christi sit vltimum refu-
 gium & remedium aduersus pec-
 cata nostra, ut inquit idem Bern- Bernhard.
 hard. super Cantic. Serm. 22.
 Ideo utentes hac sacrosancta coena
 Domini, cogitemus de eius bene-
 ficis quae nobis per passionem &
 mortem suam acquisiuit, & saepius
 digne utamur hac coena, agnoscen-
 tes & confitentes peccata nostra, ne
 ea intra nos celantes cum proditore
 Iuda manducemus panem Domini
 contra Dominum, ut inquit Augu- Augustin.
 stin. in Iob. tractat. 59. An-

Annitamur ergo, ut hoc Sacramentum corporis & sanguinis Christi non contemnamus, cum commode haberi potest, si non sufficit fides & voluntas sumendi, iuxta dictum Augustini: Crede & manducasti. Sapius, ut dixi, hoc Sacramento, uti debes, contra horrendam mortis faciem, & terribilem peccati tui vultum, quod semper coram te est, ut inquit David Psalm. 51. Deniq; contra infernum ipsum & eternam damnationem, que omnia tunc fiunt atrociora, quando per Satanam omnis generis peccata tua tibi ob oculos ponuntur & exaggerantur, maxime verò, quando tibi suggerit periculosam illam cogitationem de predestinatione, quam inferni tentationem appellant,

lant, propterea quod qui eam vicerit, is simul infernum, peccatum, & mortem vicerit, si in morte vitam, in peccato iustitiam, in inferno beatitudinem esse credat.

Contra omnia illa monstrata Diabolo Christi mortem opponere, inquam si figes oculos, vices & viues, quemadmodum eleganter figura arci serpentis monstrat, ubi laesi à serpentibus non pugnabant cum serpentibus vivis, à quibus laesi erant, sed illum arcum tantum intuebantur, & statim sanati sunt, Num. 21. Sic si tu in Christum mortuum (qui moriendo mortem destruxit, & resurgendo vitam reparavit, ut canit Ecclesia) mentis oculos erigas, vitam inuenies, & omnia illa peccatorum monstra

stra tibi obesse non poterunt. Solus enim Christus vius imago est mortis contra mortem, ut eleganter tradit Lutherus in sua concione de morte. Scias ergo, & firmiter credas, quod Deus tibi dederit victoriam peccati & mortis, per Dominum nostrum Iesum Christum, & pro tali immenso beneficio, quod tibi in hac cœna communicat, ipsi gratias age, ut docet Paulus 1. Corinth. 15.

Veteres hanc cœnam pulcherrimo iucundissimoq; nomine $\epsilon\phi\omicron\delta\iota\omicron\upsilon\pi$, id est, viaticum esse dixerunt. Sicut enim absq; viatico nemo ad iter periculosum accingitur: ita ex hac arumnarum valle, per hostes, per tela, per ignes ad caelestem patriam migraturi, meritò cœna Dominice

minica usu sua corda confirmant,
erigant & muniunt, quia si hac
caena muniti hinc migrauerimus
mixta cum fiducia, sanctum ascen-
demus vestibulum, tanquam aure-
is quibusdam vestibus undiq; con-
necti, ut ait Chrysostr. 1. Cor. 10. Chrysostr.

Vides ergo magnam subesse
causam, quare hac caena saepius u-
tendum sit, quia rarius ea uti scan-
dalum facit perniciosum, & homi-
nes reddit securos, & ipsis Diabo-
lus inextricabiles laqueos inicit,
sicut scriptum reliquit Cyril. in Io. Cyrill.
han. lib. 3 cap. 13.

QVINTVM PRAE-
CEPTVM.

Deum precare pro
felici

felici exitu ex hoc
mundo.

Epicuri
cantilena.

Semper or
randum.

Maxima pars hominum raro de morte cogitans, vivit sine timore Dei, belluatur, & Epicuri canit cantilenam: Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas. Raro etiam precationem, quam Christus discipulis suis & nobis omnibus, Matth. 6. & Luc. 11. prescripsit, seria mente precatur, cum tamen in hac vita saepe & indefinenter orandum sit, sicut precipit Paulus 1. Thes. 5. & Christus ipse docet, Luc. 18. inquit: Oportet semper orare, & non defatigari. Et Ecclesiast. 10. Non impediaris orare semper, quia saepe & multum orare opus est Deo gratum, ut Ambrosius

brosius dixit: Ille vero qui non o- Ambrosio.
 rat & laudat Deum, nec diuina
 colloquia cum Deo miscet, & ijs non
 cupit frui, is mortuus est, vita ca-
 res, expersq; sanamentis, ut Chry- Chrysoft.
 sostom. testatur. Et Augusti. inquit:
Oratio iusti clavis est cali. Ascen-
 dit precatio & descendit Dei mi-
 seratio. Quare in precatione simus
 assidui. Daniel ter in die erauit,
 Dan. 9. Et David inquit: Septies
 in die laudem dixi tibi, Psal. 119.
 Octon. 21. v. 164. ubi septies pro
 multis vicibus accipitur, iuxta il-
 lud: Septies in die cadit iustus,
 Proverb. cap. 24. Vbi Augustin. in-
 quit: Septem diebus omnia opera
 peraguntur. Et Clemens Alexandr. Clemens
 ibidem sic ait: Vnde nec in defini- Alexandr.
 to loco, neq; in templo selecto, neq; in
 diebus

dielus festis ac prestitutis, sed per totam vitam is, qui est praeeditus cognitione, in omni loco, etiamsi per se sit solus, Deum honorare potest. Christus iubet intra cubiculum nostrum orare, clauso ostio, Matth.

Ambrosi. 6. Quod Ambrosius de Caino & Abele. cap. 9. sic interpretatur: Intra cubiculum tuum, inquit, intellige cubiculum non inclusum parietibus, quo tua membra claudantur, sed cubiculum, quod in te est, in quo clauduntur cogitationes tuae, in quo versantur sensus tui, hoc orationis cubiculum ubique tecum est, & ubique secretum est, cuius arbiter nullus est, nisi solus DEVS. Haecenus Ambrosius. In te ita ora, Vt DEI templum sis. Ibi enim Deus exaudit, ubi habitat

biat, inquit Augustinus de vera ^{Augustia.}
 inuocatione cap. 333. Demus ope-

ram, ut moriamur in precatione,
 sicut & Plato precipit, inquiens: Plato.

Oportet mori in precatione. Spiritus ^{Nota de}
 sanctus tempore mortis nostra ita ^{Imperas}
 nos docet precari: In te Domine ^{Caro}
 speravi, non confundar in aeternū, ^{lo V.}

in iustitia tua libera me. In manus
 tuas commendo Spiritum meum,
 redemisti me Deus veritatis, Psal.
 31. Quae verba Psalmi potentissi-
 mus & sapientissimus Imperator
 Carolus V. sub cuius imperio floru-
 erunt non tantum omnes artes li-
 iberales in omni genere disciplina-
 rum, sed & omnes artes mecha-
 nicae, & in utroque genere viri pra-
 stantissimi extiterunt, paulo ante
 mortem suam orauit, & placidè
 D obdor-

obdormiuit, Anno Christi 1558. a-
 tatis sue 59. quemadmodum in vi-
 ta eius scribit Zenocarus.

Cum ergo tantus heros huius
 Psalmi Spiritus sancti verba edi-
 dicerit, & familiaria sibi fecerit,
 ut ea in hora mortis sua meminis-
 se & orare potuerit, quanto magis
 quisq; nostrum hac Spiritus sancti
 verba adnotam, ut dicitur, acci-
 pere, ediscere, & sibi familiaria
 facere debet, ut in hora mortis sua
 ea vera fide utiliter orare possit.
 Quare ut serio de morte & emi-
 gratione ex hac arumosa vita co-
 gitare possis, ad minimum omni
 septimana, die Sabbathi, hac vel
 simili oratione utere, ad Orientem
 respiciens, requirens veterem pa-
 triam, ipsum scilicet Paradisum,
 quem

quem plantavit Deus in Eden, Ori-
entem, ut admonet Hilarius de Hilarius.
Spiritu sancto, cap. 27.

Quemadmodum autem illi, qui
suaviter dormire volunt in hac vi-
ta, solent curare, ut sibi lectulus de
mollibus plumis sternatur: ita hi,
qui ex hac vita feliciter discedere,
& placidè in Christo obdormire
volunt, debent esse assidui in pre-
catione ardenti, ut discedentes ex
hac arumosa vita credant verbo
Dei, & in illo seu pulvinari beato
obdormiscant, ut à morte in vitam
transeant, Ioh. 5.

ORATIO SABBATHI-
NA PRO FELICI EXI-
tu ex hac vita.

D 2

Gra.

Gratias ago tibi, aeternae Deus,
pro omnibus beneficijs tuis,
quod me non tantum hac nocte praeterita,
sed & tota hac septimana,
omniq; vitae meae tempore, custodisti
ab insidijs Diabolorum, ne me
circumvenirent & everterent, &
ineffabilem misericordiam tuam
ardentibus votis imploro, largire
gratiam tuam mihi, ne huius diei
lucis & creaturam ministerio abutar
ad vanitatem, neque committam
facinora, quae militant aduersus
animam & conscientiam sauciant
& prae-grauant. Sed clementer
me rege Spiritu tuo sancto, &
doce me, quod mihi moriendum
sit, ut sapiens fiam. Remitte mihi
omnia peccata, quae ab incunte aetate
mea usq; ad imminens momen-
tum

tum commisi scienter & ignoranter cogitationibus & omissionibus, verbis atq; factis aduersus tuam voluntatem, petoque veniam omnium peccatorum meorum, quorumcumq; nosti me reum in omni vita mea, & da mihi gratiam, ut in timore tuo indies me preparem ad emigrationem ex hoc ergastulo meo, cum nihil certius morte sit, & nihil incertius hora emigrandi, ut tibi Deo meo militare possim bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam, expectans cum alacritate diem discessus mei, & salutarem apparitionem filij tui Iesu Christi redemptoris mei. Aufer à me, quod deformauit natura corrupta, & conserua, quod operata est in me tua gratia. Con-

D 3

ccede

cede etiam mihi, ut fretus tuis promissionibus hilaris, & bono possim esse animo ad commigrandum in aeternam & caelestem patriam. Spiritum sanctum tuum toto vita mea tempore, maximè verò in agone mortis meae, ne auferas à me, sed da mihi gratiam, ut ope ipsius eluctatus ex omnibus difficultatibus & tentationibus triumphem victor, sentiens ipsius praesentiam & efficaciam, ne labefactatis viribus cordis mei, & debilitatis sensibus meis propter resolutionem Spirituum, & propter ingentes cruciatibus, quibus natura frangitur, & ratio humana impeditur, erumpam in voces Blasphemias, impias vel absonas à professione Christiana. Sed rege mentem & linguam meam

meam Spiritu sancto tuo, usque ad
 extremum halitum oris mei, & ap-
 propinquante hora expirationis
 mee, tunc in manus tuas suscipe a-
 nimulam meam. O sancta Trini-
 tas, & aeterna Unitas, tu me ope-
 tua in vita & morte ne deseras,
 Amen.

Huc pertinent preces ali-
 quot germanicę. dulcissimis rhyt-
 mis ab alijs scriptę. qua-
 rum prima est

PAULI EBERI.

Herr Jesu Christ war Mensch vnd
 Gott/
 Der du lidst marter Angst vnd Spott/
 Fur mich am Creutz auch endlich starbst /
 Vnd mir deins Vatern huld erwarbst.
 Ich bitt durchs bitter leiden dein /
 Du wolst mir Sänder gnedig seyn.

D 4

Wertz

DE ARTE

Wenn ich nu kom in sterbens noth /
Und ringen werde mit dem Todt.
Wenn mir vergeht all mein Gesicht /
Und meine Ohren hören nicht /
Wenn meine Zunge nichts mehr spricht /
Und mir für angst mein Hertz zerbricht.

Wenn mein verstand sich nichts ver-
sinn /
Und mir all Menschlich hülf zerrint /
So kom HErr Christe mir behend /
Su hülf an meinem letzten end.
Und führ mich aus dem Jammerthal /
Verkürz mir auch des Todes Qual /

Die bösen Geister von mir treib /
Mit deinem Geist stets bey mir bleib /
Bis sich die Seel vom Leib abwend /
So nim sie HErr in deine Hand /
Der Leib hab in der Erd sein Ruh /
Bis sich der Jüngst Tag naht herzu.

Ein frölich Vrstand mir verleyh /
Am jüngsten gericht mein fürsprecher sey /
Und meiner Sünd nicht mehr gedenc /
Aus Gnaden mir das Leben sehenc.
Wie du hast zugesaget mir /

In deinem Wort / das traw ich dir.

Furwar / fürwar euch sage ich /
Wer mein Wort helt vñ gleubt an mich /
Der

Der wird nicht kommen ins Gericht/
 Noch den Tod ewig schmecken nicht/
 Und ob er gleich hie zeitlich stirbt/
 Mit nichten er drum gar verdirbt.
 Sondern ich wil mit starcker Hand /
 Ihn reißen aus des Todes Band/
 Und zu mir nemen in mein Reich /
 Da sol er dann mit mir zu gleich.
 In freuden leben ewiglich/
 Darzu hilff vns ja gnediglich.
 Ach Herr vergib all vnser Schuld/
 Hilff daß wir warten mit gedult/
 Bis vnser Stündlein kömpt herbey/
 Auch vnser Glaub stets wacker sey /
 Deim Wort zutrawen festiglich/
 Bis wir entschlaffen seliglich.

Latine à Iohanne Lauterbachio sic versa.

I.

O Christe, Rex homo Deus,
 Qui probra passus & scelus,
 Crucis subisti funera,
 Mihi patris sit gratia:
 Per passionem te rogo,
 Clementiam præstes reo.

D 5

2. Cum

DE ARTI

2.

Cum mortis in periculum
Descendo luctans horridum
Caligo perdit lumina,
Auris stupescunt organa,
In ore lingua deficit,
Angustijs cor dissilit.

3.

Cum cogitando mens deest,
Mortalium salus abest,
Succurre Christe termino
Mihi benignus ultimo,
E valle duc tristissima,
Abrumpe mortis aspera.

4.

Fuga malignos Spiritus,
Cœlestis adfit halitus,
Si mens recedit corpore,
Tua Deus manu cape
Corpus sepulchro dormiat
Extrema dum lux irruat.

5.

Fac carne surgam splendidus,
Patronus esto candidus, De

Depone mente crimina,
Vitamq; confer gratia,
Verbo velut spondes tuo,
A quo fidelis pendeo.

6.

Amen profaris: dogmati
Credens, fidem qui dat mihi,
Sententiam non iudicis,
Tormenta non feret necis,
Mortē cadens quanquā subit.
Perennis haud tamen perit.

7.

Forti manu de faucibus
Mortis reducam strenuus
Salutis ad meæ thronum
Per omne viuat seculum,
Pari beatus gaudio
Quo nos fauore duc tuo.

8.

Remitte Christe crimina,
Ut prompta mens sit, vitima
Impellit hora cum fores,
Immota sit malis fides,

D 6

Ver-

DE ARTE

Verboꝝ constans pendeat.
Dum suaue corpus dormiat.

*Ab Ammonio vero in suis Odis
ita reddita.*

I.

IESV Deus fiens homo
Affixus es patibulo
Pro me tulisti quum necem
Mihicꝝ placasti patrem.

2.

Te per crucem tuam rogo.
Mihī benignus sis reo:
Exantlo si finem meum,
Mortisꝝ tango prælium.

3.

Caligo si fit luminum,
Auditus exit aurium,
Nec voce lingua fungitur
Angore cor eliditur.

4. Intel

4.

Intelligentia vacat

Si mens, homo nec quid leuat:

Agone tali tunc mihi

O Christe Iesu subueni.

5.

Elachrymarum valle duc,

Mortem breuem leuemq; fac:

Arce mali vim Dæmonis,

Ades tui vi Flaminis.

6.

Mens emigrat dum corpore,

Sinu tuo complectere:

Humi sit artubus quies,

Extrema dum subit dies.

7.

Lætumq; fac resurgere,

Et ad tribunal assere:

Pie remitte crimina

Largire vitam gratia.

8.

Velut spospondisti mihi

Verbo tuo, credo tibi:

D 7

Sic

DE ARTE

sic Amen Amen inquit:
Qui dat fidem verbo meo.

9.

Non hic adibit iudicem
Gustabit aut toruam necem:
Moriensq; temporaliter,
Non deperit totaliter.

10.

Quin hunc ego fortis manu
E mortis ereptabo vi:
In regna perducam mea
Mecum sit hic tunc postea.

11.

Aeterna sunt gaudia
Quo nos fer ex clementia
Dele reatus, heu Deus,
Tendamus huc vt æquius.

12.

Hinc hora nostra dum venit
Nobis fides robusta fit:
Verbo tuo nos credere.
Vita pios excedere.

Secunda

Secunda est Nicolai Hermanni
quæ sic habet:

Wenn mein sündleiu vorhanden ist/
Vnd ich sol fahren mein strasse/
So geleit du mich HErr Jesu Christ /
Mit Hülff mich nicht verlasse/
Mein Seel an meinem letzten End /
Befehl ich HErr in deine Hand /
Du wirst sie wol bewahren.

Mein sünd mich werdē krencken sehr/
Mein Gewissen wird mich plagen/
Denn ihr sünd viel wie Sand am Meer/
Doch wil ich nicht verzagen /
Gedencken wil ich an deinen Todt/
HErr Jesu Christ dein Wunden roth/
Die werden mich erhalten.

Ich bin ein Glied von deinem Leib/
Des tröst ich mich von Herzen/
Von dir ich vngescheiden bleib/
In todes Not vnd Schmerzen/
Wenn ich gleich sterb so sterb ich dir/
Ein ewiges Leben hastu mir/
Mit deinem Todt erworben.

Weil du vom Tod erstanden bist/
Werd ich im Grab nicht bleiben /

Metz:

DE ARTE

Mein höchster Trost dein Auffart ist/
Tods furcht kanstu vertreiben/
Denn wo du bist da kom ich hin/
Das ich stets bey dir leb vnd bin/
Drumb fahr ich hin mit freuden.

Latine ita reddita:

I.

C Vm mortis hora me vocat,
Et vita deferenda
Sis Christe dux, me dirigat
Benignitas colenda
Commendo Spiritum tuæ
In fine vitæ dexteræ,
Tradoq; protegendum.

2.

Pauore conscientia
Cum contremet malorum
Infra maris quæ glareæ
Spe non cadet bonorum
Solabitur se funere
Tuoq; Christe vulnere
Credens remissionem.

3. Mem-

3.

Membrum tuum sum corporis,
 Quo recreor labore,
 Non separabor in necis
 A te graui dolore
 Tibi cado cadens DEVS
 Aeternus est tuo thronus
 Mihi cruore partus.

4.

A morte cum surrexeris,
 Tellure non morabor,
 Ascensione sub malis
 Mortis metu leuabor:
 Te Chriſte mortuus ſequar
 Vera ſalute leniar
 Hinc latus orbe migro.

*Tertia eſt Ambroſij Lobuaſſe-
 ri his verbis.*

D Chriſte warer Gottes Sohn/
 Ewiges Vaters Bildnis ſchon/
 Durch des Verdienſt mir iſt bereit/
 Das Leben vnd die Seligkeit.
 Schawe

D E A R T E

Schaw mich doch an / O lieber Herr /
 Mit Sünden Last beschweret sehr /
 Doch wolstu Herr / das bit ich dich /
 Mit den Augen anschawen mich /
 Die du einmal auff den thest sehen /
 Der dich verleugnet seinen Herrn /
 Mit diesen Augen mich anschaw /
 Mit welchen du ansahst die Frau /
 Welche mit rechter Buß begnad /
 Dir deine Füße mit zeeren Bad /
 Und mit den haaren trucknet ab /
 Aus grosser Lieb viel Ruß dir gab /
 Beschaw mich Herr mit dem Gesicht /
 Welches du freundlich hast gericht /
 Auff den / der ein Last nicht gering /
 Am Creutz dir an der Seiten hieng /
 Dem schaw / mein sünd vnd Missethat /
 Mich zu der Hellen verdammet hat /
 Und ohn dich findet sich niemand /
 Der mir Hülff leistet vnd Bestand /
 Ich hab leider geständig sehr /
 Mein Sünden liegen auff mir schwer /
 Derselben ist auch mehr denn Sand /
 Den man find bey dem Meer am strand /
 Aber dein Guad zerstöret hat /
 Das Reich der Sünd vnd Missethat /
 Du bist die endlich Hülff der Armen /
 Der du dich gnedig thust erbarmen /
Darum

Darumb weil du Herr Jesu Christe/
 Der Sünder Port vnd Ancor bist/
 So reich mir dein sieghafftig Hand/
 Thu mir gnedig Hülff vnd Beystand/
 Daß ich mein Sünd mit Petro flag/
 Vnd mich mit ihm bekehren mag/
 Vnd mit der armen Sünderin/
 Zu lieben dich hertzlich begin/
 Vnd endlich für dein Andlitz stehn/
 Vnd in dein Himmelreich eingehn/
 Welchs du zu schawen hast gegeben/
 Dem Schecher dort in jenem Lebn.

Hæc precatio à me carmine
 Elegiaco scripta sic
 legitur.

CHRISTE Dei soboles, æterni Patris imago,
 Cuius parta mihi munere, vita Salus.
 Respice me nimia peccati mole grauatum,
 Sed me luminibus respice queso tuis.
 Istis luminibus quibus illum Christe notasti,
 Esse suum qui te voce negabat herum.
 Illam qua lachrymis lustrans, tergensq; capillis
 Detulit ad sanctos oscula fida pedes,
 Deniq; quis illum vidisti fronte serena,
 In cruce qui tecum triste pependit onus.

ECCO

DE ARTE

*Ecce meum crimen nigro me destinat Orco,
Et sine te non est qui ferat alter opem.
Peccaui, fateor. peccaui terq, quaterq,
Et mea tam multa est culpa vt arena maris.
Sed tua peccati destruxit gratia regnum,
Vltima spes miseris gratia sola reis
Ergo qui lapsis es portus & ancora rebus,
Tu mihi victricem porrige Christe manum.
Vt cum conuerso plorem mea crimina Petro,
Et te peccatrix sicut amauit, amem.
Vtq, tuos vultus possim & tua templa videre,
Quæ hatro felix templa beata vides.*

Potest & Flaminij precatio ad
di quæ talis est.

*ME solue tandem vinculis
Istis. vt euolem tuam
Beatus ad presentiam,
Fac interim magis magis
Amore totus ardeam
Tu spes, voluntas, vnicum
Cordis mei sis gaudium.*

Benigne

Benigne Iesu da precor
 Humana cuncta spernere.
 Te propter omnia fac mihi
 Te propter vnum sordere aut.
 Domi forisq; mens mea
 Te quarat, inuocet, canat.

Quod si nihil iam dictorum
 sentias, oratio reliqua est, qua Deo
 de tua miseria conqueraris, ut is
 suo spiritu infirmitati tue medea-
 tur. Nam cum nullus nostrum per-
 fectus sit, nunquam nos ab oratione
 cessare conuenit. Instemus ergo ge-
 mitibus assiduis & deprecationi-
 bus crebris. Hac enim sunt nobis ar-
ma caelestia, quae stare & perseue-
rare fortiter faciunt. Hac sunt
 munimenta spiritualia, & tela di-
 uina, quae protegunt, ut Cyprianus Cyprianus
 ait. Non iaculis ferreis, sed oratio-
 num

Origenes.

num telis victoria queritur, ut Origenes dicit, Sicut pulcherrimum Moysis orantis exemplum ostendit, qui dum manus leuaret, vincebat Israel, quando autem paululum remitteret, superabat Amalech, Exod. 17. In summa, in omnibus negotijs tuis memento nouissima, & non peccabis, Ecclesiast. cap. 7. in fine.

Testamen-
tum ante
obidum
condendū.

Ultra hac precepta iam dicta cura sit tibi etiam testamenti faciendi. Etio, ne aliquam litigandi aut contendendi occasionem relinquas successoribus, ad quos redire debet hereditas tua. Quia vult Deus, ut de rebus nostris in hac vita ante mortem nostram disponamus, sicut Historia regis Ezechie ostendit, 4. Reg. cap. 20. Sic Abraham de

de rebus suis in vita sua disposuit
inter liberos suos, Genes. cap. 25.
Et David 3. Reg. cap. 2. Et To-
bias loco Testamenti mandat filio
suo, quid facere debeat, Tob. 4.
De qua Testamenti factio-
ne vide, qua admonui super Enarrationi-
bus Euangeliorum Dominicalium
part. 1. circa septem verba Chri-
sti in cruce ab eo prolata ad finem.

In Testamenti autem factio-
ne Testator sit cautus, ut in eo fa-
ciat talem dispositionem, qua scri-
ptis legibus iuris communis vel pa-
triae consuetudinibus sit confor-
mis, cum nemo possit facere, ut le-
ges in suo testamento locum non
habeant, ut inquit Pomponius in L.
Nemo potest de legat. 1. Cuius rei
exemplum ponitur, in L. codicillis
§, final.

In Testa-
menti factio-
ne testas-
tor sit cau-
tus, ne dis-
ponat alis
quid, quod
sit contra
leges pu-
blicas, vel
patriæ cōs-
uetudis
nes.

§. final. de legat. 2. ubi Lucius Titius testamentum fecerat his verbis: Lucius Titius hoc meum testamentum feci sine ullo iurisperito, rationem animi mei potius secutus, quam miseram & nimiam solennitatum diligentiam. Et si minus aliquid legitime, minusve perite fecero, pro iure legitimo haberi debet hominis sani voluntas. Iste Lucius Titius existimabat, se hac verborum forma sapienter condidisse Testamentum, Sed Accurs. ibi in verbo diligentiam inquit: Audi stultum testatorem. Stulti ergo sunt testatores laici, qui ex capite suo tantum Testamentum condere volunt. Quia cum volunt lites praecavere, magno ipsorum dispendio excitant, propter Testamentum
non

non ritè ab ipsis factum, ut verum
sit, quod Poeta ait:

Curando fieri quaedam peiora videmus
Vulnera, quae melius non tetigisse fuit.

Inveniuntur homines, qui Te-
stamenti factionem oderunt metu
mortis tantum, existimantes post
factas tabulas testamenti, se sta-
tim morituros, cum tamen propter
testamenti factionem nemo vel ci-
tius vel serius moriatur, sed solus
Deus ipse est vita & longitudo di-
erum tuorum, ut inquit textus Deu-
teronom. cap. 30. in fine. Quia
post Testamentum factum multis
pijs vita prolongata fuit, ut me-
morabile exemplum Ezechiae o-
stendit, de quo legitur, cum ipsi
per Prophetam dictum fuisset, ut
de rebus suis disponeret, fore ut

Ezechiae
vita pro-
longata.

E

more-

moreretur, tunc faciem suam vertisse ad parietem, lamentabili voce fleuisse, & precibus suis apud Dominum prorogationem vitæ ad quindecim annos consecutum, 4. Reg. cap. 20.

Hec habui, optime lector, quæ circa hanc primam huius libelli partem bono studio monere & in medium adferre volui, & opto, ut hæc qualiacumq; à me tradita præcepta omnibus ad consequendam vitam celestem usui esse possint. Quid quis prodesset tibi, etiamsi centies esses doctior Platone & Aristotele, & facundior Pericle, Demosthene & Cicerone, & melius intelligeres leges, quam Bartolus & Baldus? addo etiam, etiamsi omnes opes mundi haberes, quid

quiso prodesse tibi, si anima
tua naufragium in hoc mundi pe-
lago passus esses? certe melius erat,
te non natum esse, Matth. 13. & 16.

Scias te ideo Christianum factum,
ut plus pro anima immortalis, quā
pro corpore mortali laborare de-
beas, ut inquit Augustin. de temp. Augustin.
Serm. 216.

Si Christum bene scis, satis est, si cetera
nescis.

Si Christum nescis, nihil est, si cetera
discis.

Discas ergo ea in terris, quo-
rum scientia perseueret in caelis, ut
inquit Hieronymus in suis Regu- Hieron.
lis.

SECUNDA PARS.

DE MISERIIS
VITAE HUMANAЕ,
ET GAUDIIS VI-
tæ æternæ.

Herod.

Totum quod est homo, calamitas est & miseria, ut Herodotus in oratione Solonis ad Cræsum ex multis rerum argumentis concludit. Et Homerus affirmat,

HOMERUS.

inter omnia animantia nullum esse homine calamitosius. Cum hominem dixeris, omnes miseras dixeris, inquit Plin. li. 7. Chrysostomus ait: Præ omnibus malis hoc est pessimum malum, quælibet bestia unum habet & propriè malū,

Plinius,

homo autem omnia. Et Eurip. ait:

Euripides,

ὁ βίβη ἀληθῶς οὐ βίβη, ἀλλὰ συμφορᾶ.

Φογά. *Humana vita reuera non est
vita sed calamitas. De qua Lucre-*

Lucretius.

tius sic exclamat:
O miseras hominum mentes, ô peçlora
cæca,

Qualibus in tenebris vitæ quantisq; pe-
riclis,

Degitur hoc cui, quodcumq; est.

Et verissime à Poeta dictum
est:

Omnia sunt hominum tenui pendentia
filo,

Et subito casu quæ valuere, ruunt.

*Id quod exemplum Saulis,
Pharaonis, Iulij Caesaris, Pompeij &
aliorum ostendunt. Homo in terris
est tanquam bulla & vapor peri-
ens. Omnis enim caro est fœnum,
& omnis gloria eius quasi flos agri,
qui mane efflorescens vesperi are-
scit & decidit, Iacob. 4. & 1. Pet.*

Augustin.

1. in fine. Hæc vita fragilis & ca-
duca est, quæ quanto magis crescit,
tanto magis ad mortem accedit,

Chrysoft.

inquit Augustinus. Est ergo virtus,
omnia humana despiciere, & scire,
omnia humana umbram esse & so-
mnum, & si quid his vilius, inquit
Chrysoft. in Gen. hom. 8. Omnis ho-
mo vanitas, qui sicut umbra ince-
dit & colligit, & ignorat, quibus sit
ea congregaturus, Psalm. 39.

Nazianzen.

Præclare scriptum reliquit
Gregor. Nazianz. de miseria hu-
manæ vitæ, cum inquit: Vita aloes
multum, mellis habet minimum.
Idem in funere Casarij fratris sic
ait: Nascimur, cum non sumus, va-
ri dissoluimur, in somnum, fumus,
puluis, vapor, ros matutinus, flos
nascens & marcescens homo, sicut
fœnum

foenum dies eius, ut preclare Da-
uid philosophatus est, Psalm. 103.

Rosa typus est vite humane, sicut
in versu dicitur:

Vidi ego mane rosam nasci sub lumine
solis,

Et vidi rursum sole cadente mori.

Quos diligit Dominus, casti-
gat, & ideo in omnis generis cala-
mitates nos abicit, & ab ipso puni-
mur, necum hoc mundo damne-
mur, 1. Corinth. 11. Non existime-
mus calamitates & miserias Stoi-
co fato nobis obuenire, sicut mater
Euandri parabat, cum filium con-
solata inquit: Sic erat in fatis, ut
tradit Ouid. lib. 1. Fast. Sed scia-
mus, omnes miserias & calami-
tates voluntate Dei fieri, Ierem. 3.
& Amos 3. Sicut Ioseph fatetur, se

E 4

volun-

Rosa typus
humanae
vitae.

voluntate Dei in Aegyptum esse
abductum.

Non tamen propter calamitates
& misérias humanas, quibus
affligimur, abiicit nos Deus, sed
ut scrutemur vias nostras, & ad
eum reuertamur, Thren. 3. quem
admodum filius prodigus egestate
& miséria pressus resipiscit, & ad
patrem reuertitur, Luc. 15. Omnes
ergo humanas misérias & eru-
mnas patienti animo feramus, cum
patientia nobis necessaria sit, Ebr.
10. Nemo sibi promittat, quod E-
uangelium non promittit. Non pro-
mittunt autem nobis scripturae in
hoc seculo, nisi tribulationes, angu-
stias, pressuras, augmenta dolorum,
abundantiam tentationem, ad ista
praecipue nos praeparemus, ne impa-
rati

rati deficiamus, ut scribit Augu-
stin. super Psalm. 39. Si volumus
esse participes gaudiorum, oportet
prius, ut simus consortes tristium,
inquit Photin.

Augustin.

Photinus.

De hac humanae vitae miseria
Philosophi & sapientes omnes mi-
rati sunt omnibus temporibus, qua-
re homines tot miseris sunt subie-
cti, cum tamen omnia facta &
condita sint hominum causa, & ho-
mines facti sint Dei causa, ut Stoi-
ci dixerunt, & tamen nulla sit ca-
lamitas, quam hac misera homi-
num natura non sustineat, sicut Ci-
cero in Tusc. quest. disputat.

Cicero.

Quamvis autem alij alias ha-
rum miseriarum causas quasue-
runt, tribus tamen potissimum eas
includerunt, nempe materiae, men-

Philosof
phorum
causas de
miseria
humana
Ne irrel
tis eantes.

Seneca.

tis errori, & voluntatis depravati-
 oni. Longius etenim non potuerunt
 progredi. Quapropter qui rerū cor-
 ruptioni varijsq; mutationibus sub-
 iectarum firmas aliquas rationes
 ob mentis humane cecitatem in-
 vestigare nequiverunt, tandem im-
 patientia quadam commoti in tales
 erumpere voces coacti fuerunt: O-
 ptimum esse hominem non nasci
 aut natum cito mori, sicut Sene-
 ca in consolatione ad Martiam ex-
 clamat: O ignaros malorum suo-
 rum, quibus non mors ut optimum
 nature inventum laudatur, que si-
 ve felicitatem includit, siue cala-
 mitatem repellit, siue facietatem
 & lassitudinem senis terminat, siue
 iuvenile aevum, dum meliora spe-
 rentur, in flore deducit: Siue pue-
 ritiam

ritiam ante duriores gradus reuo-
cat, omnibus finis, multis reme-
dium, quibusdam votum, de nul-
lis melius merita, quam de ijs, ad
quos venit, antequam inuocaretur.
Omnia gaudia mundana sunt flu-
xa, instabilia & fugacia, γλυκύ-
πινα, seind Frewde mit Leid /
ut risus dolore misceatur, sicut Sa-
lomon Proverb. 14. cap. inquit.

Hæ & similes cogitationes
sapientissimorum hominum sunt
quidem aliquid, sed quia causam
mortis & humanarum calamitatū
non exprimunt, nec de vita futu-
ra cum Deo quicquam dicunt, ideo
de his causis ante omnia hominum
animi monendi, & ex verbo Dei
docendi sunt, quæ sint mortis &
omnium calamitatum causa.

E 6

Causa

DE ARTE

Causa autem mortis & omnium calamitatum est peccatum primorum parentum nostrorum, sicut vox Dei testatur: In sudore vultus tui vescere pane tuo, donec reverteris in terram, ex qua sumtus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris, Genes. 3. quemadmodum Paulus inquit: Per unum hominem intravit peccatum in hunc mundum, & per peccatum mors, Rom. 5. Vbi per mortem Paulus intelligit etiam omnes alias calamitates generis humani. Adam & Eva per lapsum suum lapsi sunt in infinitas misérias & calamitates, quas totum genus humanum adhuc hodie sustinere cogitur, ut in versu de Eva dicitur:

Famina

Fœmina de vetita quod carperet arbore
malum,

Per malum nobis intulit omne malū.

Graue iugum posteris Adami
iam inde à die, quo ex utero matris
extiterunt, usq; ad eum, quo ad
communem matrem reuertuntur,
inquit Syracid. cap. 40. Ista vita
non simpliciter vita, sed vita mor-
talis, inquit Bernhard. super Psal. Bernhard.
91. Serm. 17. Ista vita in corpore
tantum umbra est vite, atq; ima-
go non veritas. In imagine tan-
tum ambulat homo, & in regione
umbræ mortis insistit, ait Ambros. Ambrosi.
in Psalm 118. De hac miseria hu-
mana loquitur etiam Iob, quando
inquit: Homo natus de mulie-
re, breui viuens tempore, reple-
tur multis miserijs, Iob. 14. Quem

Dictum
Iob. cap.
14. per
Bernhard.
explicatū,

*textum Bernardus explicans sic
ait: Quam verum verbum hoc
sit, non nos verba docuere sed ver-
bera. Homo, inquit, natus de muli-
ere, nihil abi. ctius. Et ne forte ex
ipsa sibi voluptate corporum sen-
suum, quā de sensibilibus hauriat,
blandiatur in ipso statim introitu
de exitu quoque terribiliter admone-
tur, cum dicitur: Breui viuens tē-
pore. At ne spaciolum illud, quod in-
ter ingressum & egressum relin-
quitur, sibi liberū putet, repletur, ait,
pultis miseris corporis & cordis,
cum miseris dormit, cum miseris
vigilat, quaqua versum se vertat.
Hactenus Bernardus, in Serm. de
cæna Domini. Et idem Bernardus
in Serm. 7. de Aduentu Domini sic
ait: Generalis est humano generi
miseria*

*miseria triplex, in regione umbrae
 mortis in infirmitate corporis, in
 loco tentationis. Si diligenter ad-
 uertimus, triplici hoc incommodo
 miserabiliter laboramus. Nam &
 faciles sumus ad seducendum, &
 debiles ad operandum & fragiles
 ad resistendum. Si discernere vo-
 lumus inter bonum & malū, deci-
 pimur: Si tentamus facere bonum,
 deficimus: si conamur resistere ma-
 lo, deijcitur & superamur. Ha-
 etenus Bernhardus. Vniuersa va-
 nitas est omnis homo viuens Psal.
 39. Contemnamus ergo istam va-
 nam vitam, & festinemus ad san-
 ctam vitam beatam, & in illam
 animo & mente tendamus, nec
 dicamus dulcem istam lucem, qua
 nunc utimur, Hoc enim illi dicunt,
 qui*

Generalis
 miseria in
 genere hu-
 mano ses-
 cundum
 Bernhard.
 est triplex.

Origenes, qui dulcedinem verae lucis ignorant, inquit Origenes Psalm. 38. hom. 2. Si terrena delectantur, cur petimus caelorum regna? Non diligamus mundum, neque ea quae in mundo sunt, 1. Iohan. 2. Optemus

Augustin. potius cum Augustino, qui in Soliloquio sic precatur: Peto ut omnia mihi amarescant, ut tu solus dulcis appareas anima meae, qui es dulcedo inestimabilis, per quem cuncta amara dulcorantur Dominus erit lux sempiterna nobis, ut inquit Esai. cap. 60. in fine.

~~Vita~~ haec vita misera, vita caeduca, vita incerta, vita laboriosa, immunda, vita domina malorum, regina superborum, plena miserijs & erroribus, quae non est vita dicenda sed mors, in qua momentis
sin-

singulis morimur, per varios im-
 mutabilitatis defectus, diversis ge-
 neribus mortium, ut ait idem Au-
 gustin. de meditat. cap. 21. Multi-
 pi homines videntes horrenda &
 nefaria flagitia, sicut iustus Loth. 2.
 Pet. 2. ita excruciantur, ut liben-
 ter vitam hanc cum morte com-
 mutant. Quemadmodum Hiero-
 nymus Aloander plurimarum lin-
 guarum peritus Romæ moriens.
 Anno Christi 1542. in hoc suo Epi-
 taphio testatur, quod ipse paulo an-
 te mortem suam sibi ipsi grace scri-
 psit, & est tale:

κατθανοῦσιν ἀέκωρ, ὅτι πάνσομοι,
 ὧν ἐπιμάρτυς,
 πολλῶν, ὧν περὶ ἰδὲν ἁλγιοῦ Ἰη-
 σοῦ θανάτου.

Epitaphiū
 Hierony-
 mi Aloans
 dri.

Id

Id est:

*Moriar non inuitus, quia requiescam te-
stis existens*

*Multorum, quæ videre morte mihi gra-
uius fuit.*

*Semper calamitas huius vite
non est finis unius mali, sed gra-
dus alterius. Et, ut Martialis ait:*

*Martialis. Expediant curæq; catenatiq; labores,
Gaudia non remeant, sed fugitius
volant.*

*Nulla enim calamitas sola.
Fortuna nulli obesse contenta est
semel, inquit Poeta. Semper sunt
anxiæ curæ, sollicita rerum expec-
tatio, metus mortis, ac tandem
dies mortis, tam apud eum, qui sedet
in solio maiestatis, quam apud eum,
qui humi atq; in puluere abiectus
iacet, apud eum qui gestat hyacin-
thina*

thina & coronam, & apud illum,
qui crudelo lino vestitus est, inquit
Ecclesiast. in allegat. cap. 40.

Calamitates & miseriae per
omnium hominum ordines va-
gantur, praecipue vero in coniugio
sicut exemplum Iacobi Patriarchae (ut
unum tantum de multis profe-
ram) satis ostendit, qui luget u-
xorem Rachaelim ereptam morte,
Bilham ignominia, qui deplorat
filiae Dinae violentum stuprum, si-
liorum Simeonis & Laui sua ho-
micidia, Rubenis & Iudae turpes
incestus, omnium simul is ven-
dendo fratre sceleratum odium,
cruciatu patris cacitate, obitu Lia,
raptu Iosephi, vinculis Simeonis,
orbitate Beniaminis, ad extremum
inedia pressus & fame migrat in
AEGYP-

Calamitas
Iacobi Pa-
triarchae.
Iobi.
Tobiae.
David.

*Aegyptum, quemadmodum tota
ipsius historia in Genesi legitur, in-
cipiendo à cap. 28. vsq; ad caput
50.*

*Mariti à coniugibus saepe Dia-
bolicis sarcasmis exagitantur, ut
exemplum coniugis Iobi ostendit,
quae sic locuta ad maritum in sum-
mis ipsius miserijs: Adhuc tu reti-
nes simplicitatem tuam? Benedic
Deo & morere. Cui Iob respondens,
ait: Quasi una de stultis locuta es.
Si bona suscepimus à Deo, & ma-
la sustineamus, Iob. cap. 2. quae mu-
lier fuit Diaboli adiutrix & non
mariti consolatrix, sicut de ea scri-
bit Augustin. de Symbol. Apost. lib.
1. idem testatur historia de coniu-
ge & amicis Tobiae. cap. 2.*

*Simili modo Michol filia Sau-
lis*

lis derisit & despexit in corde suo regem Dauidem maritum suum, ante arcam Domini saltantem, accinctum veste linea, cum domum redisset ironice sic inquit: Quam gloriosus hodie fuit rex Israel, disco operiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus quasi vnius de scurris. Cui respondens Dauid sic ait: Ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem tuum, & quam omnem domum eius, & precepit mihi, ut essem dux super populum Domini in Israel, ante Dominum ludam, & vilior fiam plus quam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo 2. Reg. c. 6. in fine. Ex quibus responsionibus discant piy mariti,

DE ARTE

vici, quomodo coniugum iniurias
& irrisiones in timore Dei contem-
nere & refutare debeant.

Sunt & alie multiplices mi-
seria in hac vita, inter omnium
hominū ordines, quas si quis nume-
rare vellet omnes, perinde esset,
ac si vellet arenas omnium aqua-
rum numerare. Cum autem hæc
miseria, quotquot fuerunt, morian-
tur, quando homo ex hac vita di-
scedit, ipse verò non moriatur (sola
enim miseria hominis Christiani
moriatur, non homo) & afflictiones
presentis vite non sint dignæ, quæ
conferantur cum futura gloria, quæ
erga nos revelabitur, Rom. 8. ideo
de hac gloria & gaudio cælesti nunc
etiam aliquid dicam, quanquam ea
gloria & eternitatis future ra-

De gau-
dijs vite
eternæ.

tio

tio est, ut verbis explicari non possit. Gloria enim illa, quanta sit futura oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis descendit, 1. Corinth. cap. 2. Quam gloriam etsi summis, ut dici solet, digitis, vix attingere possumus, & certum sit, neminem Angelorum nedum hominum posse tali materia satis facere: tamen de beato illo statu omnibus pijs post hanc vitam proposito, saepe & attente cogitare, & in illa meditatione eo usq; progredi, quo usq; in hac infirmitate & caligine nostrarum mentium ex sacra scriptura & orthodoxorum Patrum sententia nobis conceditur, non improbandum, sed laude dignum existimandum est. Quemadmodum enim noctu Similitudo
ster

iter facientes expectant auroram
 & illuſcentem diem: ſic p̄ in hu-
 ius mundi denſiſſimis tenebris am-
 bulantes expectant lumen illud be-
 atum, de quo David loquitur, cum
 inquit: In lumine tuo videbi-
 mus lumen, Pſalm. 36. nempe Chri-
 ſtum, qui vere eſt lumen vitæ Io-
 han. 1.

Vtinam autem tales eſſemus
 amatores vitæ permanentis, cœle-
 ſtis ſcilicet, quales ſumus amato-
 res vitæ fugientis, ut optat Augu-
 ſtinus. Vtinam ſervaremus Pauli
 doctrinam, quam ipſe ad Philip. 3.
 & 2. Timoth. 4. tradit, ubi fate-
 tur, ſe curſum ſuum conſuſſe &
 fidem ſervuſſe. Curramus nos quoq;
 cum Paulo ad ſcopum ſeu palmam
 ſupremæ vocationis. Curramus ſic.
 ut

ut brauium comprehendamus, &
 coronam incorruptibilem accipia-
 mus, 1. Corinth. 9. sub fine. Curra-
 mus, inquit Bernhard. non passibus Bernhard.
 corporis, sed affectibus, desiderijs
 & suspirijs, quoniam non solū An-
 geli, sed Angelorum Creator nos
 expectat. Expectat nos Pater tan-
 quam filios & heredes, ut constitu-
 at nos super omnia bona sua. Expe-
 ctat nos filius Dei tanquam fratres
 & coheredes, ut fructum suae nati-
 uitatis, & precium sui sanguinis Deo
 offerat. Expectat nos Spiritus san-
 ctus. Ipse siquidem est charitas &
 benignitas, in qua ab eterno prede-
 stinati sumus, nec dubium, quin
 predestinationem suam adimpleri
 velit. Ergo quia omnis celestis cu-
 ria nos expectat & desiderat, desi-
 dere.

F

dere.

deremus eam, quanto possumus desiderio, & voluptatibus terrenis valedicamus, & ad gaudia vite celestis nos preparemus, & ingens discrimen gaudiorum terrestrium & celestium sepius consideremus. Hactenus Bernhardus.

Pij in hac vita gustum vite eterne sentiunt, quemadmodum contigit Petro in monte Thabor, Matth. 17. Et Paulo, qui raptus in tertium caelum, audiuit mysteria ineffabilia, 2. Corinth. 12. In altera autem vita non gustum tantum, sed res ipsas & gaudia ante non visa ceruemus & experiemur.

Illam verò gaudia conspicietur in nouo caelo, de quo Propheta sic scribit: Ecce ego creo novos caelos & terram nouam, & non erunt in
 memo-

memoria priora, & gaudebunt &
exultabunt vsq; in sempiternum,
in his quæ ego creo. Non audietur
ultra vox fletus, & vox clamoris,
Es. 65. Sed absterget Deus omnem
lachrymam ab oculis piorum, Apo-
calyps. cap. 21. Erit noua Ierusalē
habens claritatem Dei, Apocalyps.
cap. 12. Vetera præteribunt, & ecce
noua erunt omnia 2. Corinth. 5. Ad
quam beatam & eternam habita-
tionē respexit Psaltes, cum inquit:
Beati qui habitant in domo tua Do-
mine, in secula seculorum lauda-
bunt te, Psalm. 84. Istud nouum cœ-
lum renouatum & repurgatum nos
expectamus, in quo habitabit iu-
stitia 2. Pet. . . In quo Dominus da-
bit nouum cor & nouum spiritum,
& lapideum cor tollet ex carne

nostra, Ezech. 39. & ut uno verbo
 dicam, in qua nostra spes tunc erit
 res, ut inquit Augustin in explicat.
 Psalm. 73. In quo erunt gaudia, que
 oculus non vidit, nec auris audiuit,
 & in cor hominis non ascenderunt,
 Esai. 64. & 1. Corinth. 12. Vbi o-
 mnes Deum cognoscent, à minimo
 usq; ad maximum, Hierem. 31. Vbi
 Christus, qui est princeps glorie Ps.
 24. imponet p̄s coronam glorie, 1.
 Pct. 5. Et Deus erit omnia in o-
 mnibus, 1. Corinth. 15. & nos apud
 Dominum erimus semper, 1. Thess.
 4. Ambulabimus coram Domino
 in terra viventium, Psalm. 106.
 per fidem hic, & non per aspectum
 & speciem ambulamus, 2. Corinth.
 5. ibi per speciem & aspectum am-
 bulabimus, & non per fidem, ut
 si n̄us

simus re ipsa apud Deum coram
 presentes & videbimus eum sicut
 est, 1 Iohan. 3. hoc est, interiorem
 eius naturam cognoscemus, eiusque
 diuinam maiestatem & gloriam
 cernemus coram de facie ad fa-
 ciem. O latissimum illum diem,
 quo Deum, sicut est, videbimus.
 O gaudium super gaudium vincens
 omne gaudium, extra quod non
 est gaudium: Maiora illic accipie-
 mus, quam hic aut operamur, aut
 patimur, inquit Cyprian. lib. 4. c. 6. Cyprian.
 Et illa gaudia non erunt tempora-
 lia, sed perpetua, & à nobis non au-
 ferentur, teste Christo Ioh. 14. & 16.
 Et quia non est gaudium super cor-
 dis gaudium. Syracid. c. 30. ideo in
 exultatione cordis pii iubilabunt &
 exultabunt usque in sempiternum,

Esai. 65. quia erit gaudium in Spiritu sancto, Rom. 14. quod gaudium perpetuo vigens ac florens, semper amicum, latum, & gloriosum sine ullo fastidio & nausea beatas animas satiabit, & pax & letitia illa acquiescens in Deo in hac vita est inchoatio & pars gaudij eterni, & vera consolatio, qua Spiritus sanctus in morte nos sustentat & vivificat, ut Hieronymus inquit.

Hierony.

Augustini
responsio
ad irriso-
res gau-
diorum ca-
lestium.

Paulus percepto horum gaudiorum gustu magno desiderio cupit se dissolui & esse cum Christo Philip. 1. Sed dicis tu: Ego haec gaudia non vidi. Audi quæso quid tibi ad hanc ironiam respondeat Augustinus, cum sic inquit: Si tibi gaudia ista possem ostendere, ut oculis corporeis ea videres, non hortarer

tarey te, peruerse homo, ut crede-
res. Animam tuā non vides, & tu
vis dubitare de ea? Ipsam ani-
mam, quam nunc habes, etiam ante
tribunal Christi habebis. August. de
verb. Apost. Ser. 34. & in l. homi-
liarū 15. homil. 32. Animā implebit
Dominus splendore, Esai. 58. &
corpus Solis claritate, cuius splen-
doris claritatem ineffabilem Pa-
tres mirantur, dum querunt: Qua-
lis erit splendor animarum, quando
Solis claritatem habebit lux corpo-
rum? Vide Augustin. de verb. A-
post. Serm. 36. Et Bernhardum me-
ditat. de veter. cap. 16. Beati qui
crediderunt, & non viderunt Ioh.
20. Crede ergo sine hesitatione, &
gloriam Dei certo videbis, Ioh. 11.
Quia Deus qui promisit illa gau-

dia electis, promissionem & decretum suum non mutat, Malach. 3. Non enim Deus est quasi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutetur. Num. 23. Fidelis est, qui promisit, non te faller, tantum noli deficere, sed expecta promissionem, Non enim nouit fallere veritas. Tu noli esse mendax, ut aliud profitearis, aliud agas. Tu serua fidem, & seruabit ille pollicitationem. Si autem tu non seruaueris fidem, tu te fraudasti, non ille, qui promisit, Augustin. in Epist. Iohan. tractat. 4. Id quod Dominus conclusit, quis mutabit? Esai. 14. Ego Dominus, qui quod loquor fiet Ezech. 12. Caelum & terra transibunt, verba Domini non transibunt, Matth. 24. Marc. 13. &

Lu c

Luc. 21. sed manet in aeternum,
Esal. 40.

Gaudia, quae in praesenti vita
habemus, licet magna & pluri-
ma videantur, tamen comparati-
one futurorum parva & pauca sunt,

inquit Hieronymus in Matth. ca. 15. Hierony.
In vita enim aeterna summum Praecipua
& praeipuum gaudium erit visio gaudia vis
Dei & faciei eius, quae visio faciei
diuinae plus laetitiae & voluptatis,
quam omnes creaturae in unum col-
latae pariet, sicut David inquit:
Ostende nobis faciem tuam Domi-
ne, & salui erimus, Psal. 80. & 89.

Alterum gaudium erit, quod
ibi videbimus, quomodo filius Dei
naturam nostram supra omnes An-
gelos & creaturas ceteras euexe-
rit, & in personae suae unitatem
assum-

assumserit, & nos fratres suos esse
 voluerit, propterea quod de carne
 & ossibus ipsius sumus. Cuius gau-
 dij sancta Ecclesia satiari non pote-
 rit, ut inquit Hieronymus. In hoc
 mundo solent obrepere tadia aut
 fastidia gaudiorū, quia etiam mel
 saepe fit fel, ut dicitur. In vita vero
 aeterna nulla nos capiet sacietas
 gaudiorū aeternorum, sed Deus inebriabit nos pinguedine domus suae,
 & torrente voluptatis suae potabit
 nos Psal. 36. induentis iustitia &
 saluetis induet nos Esai. 61.

Tertium gaudium erit dulcissima
 sacietas & iucundissima conversa-
 tio omnium sanctorum Patrum,
 Prophetarum, Apostolorum, Mar-
 tyrum & Angelorum. Accessistis ad
 Sion montem, & ad civitatem Dei
 vivens.

viuentis, ad Ierusalem caelestem, & multorum millium Angelorum frequentiam Heb. cap. 12. Qui Patriarchae, Prophetae, Apostoli & Martyres ita nobiscum conferent, ut de labijs singulorum stillatura sint melle dulciora colloquia.

Quartum gaudium erit testimonium conscientiae nostrae, 2. Corint. 1. quae sola Spiritus sancti virtus est, ut Chrysostom. ait.

Vltimum gaudium erit conspectus pulcherrimi theatri noui caeli & nouae terrae, sicut Esai. cap. 65. affirmat. In quo nouo caelo & noua terra erit omne bonum, & non erit aliquod malum. Ibi erit quicquid voles, & non erit, quicquid non voles. Ibi hoc dono praediti erimus, ut Deum non am-

plius offendamus. Hic legem imple-
 re non possumus, verum in altera
 vita Deum totis viribus, & plus-
 quam aut nos ipsos, aut quicquid e-
 xtat in verum natura, diligemus.
 Ibi non erunt invidia & invidia-
 tia, sed erit aeterna pax & Dei ple-
 na cognitio, 1. Corinth. 13. Faciem
 Dei conspiciemus, quae in hac vita
 conspici non potest, sicut Deus ipse
 Moysi fideli seruo confirmavit his
 verbis: Faciem meam non videbis,
 sed efficiam, ut humeros & dor-
 sum me praetereunte videas, Exod.
 33. In vita autem aeterna, quae est
 unio cum Deo, ut Nazianzenus
 dixit, videbimus Deum, sicuti est,
 1. Iohan 3. ut & supra dixi. Red-
 det seipsum nobis, sicut promisit,
 ut facie sua & contemplatione sui
 gaude-

Nazian.

gaudeamus, & non aliquid aliud
delectabit nos, quia nihil est me-
lius illo, qui fecit omnia, quae de-
lectant, inquit Augustin. super Psal. Augustin.
75. In hac vita in medio scorpio-
num habitamus, Ezech. 2. Aduer-
sarius noster Diabolus indies cir-
cumit tanquam leo rugiens querens
quem deuoret, 1. Pet. 5. ille homici-
da est, & ab initio in veritate non
stetit, quia non est veritas in eo,
restante Christo, Ioh. 8. Idem adhuc
hodie alit odium plus quam Caini-
cum aduersus genus humanum,
sciens, quod modicum tempus ha-
beat, Apocalyps. 12. In hac vita val-
lis est miseriarum, in altera re-
gio gaudiorum omnium, quae caeli
gaudia summum & extremum
bonorum, ultimusq; conditi homi-

DE ARTE

his finis, vere sunt firmum, fixum, stabile & permanens illud bonum, quod beatos efficit.

Cicero,

Nihil enim (ut cum Cicerone loquamur) inveterascere, nihil extingui, nihil cadere eorum debet, quae in vita beata consistunt.

Tota rerum natura ingemiscit, ut à servitute liberetur Rom. 8. Solus homo liberationem à peccato non desiderat. O infelices homines, qui his magnis rebus non afficiuntur! O beatissimos, qui ad hunc portum totis viribus contendunt!

De Monis
ca matre
Augustini.

De his & alijs gaudijs aliquando edocta mater Augustini Monica, quasi attonita & extra se raptà diuino Spiritu sic dicitur exclamasse: Euelemus, euelemus ex hac mundi miseria ad aeterna caeli gaudia.

gaudia. Tale desiderium euolandi
ex hac vita in futuram & nos ca-
piat, ubi gaudiorum nullus erit fi-
nis, ut quocumq; loco & tempore im-
minens nobis lethum leti excipere
possimus.

Et contemnamus perituri gaudia mundi.
Atq; expectemus mansuri gaudia caeli.

Quod caelum desiniri solet, quod
stellis calatum & insignitum sit,
vel, quod omnia celet, ut in versu
dicitur:

Res omnes circine vasto
Contegit aethereum deducto hinc nomine
caelum.

In hac vita cum auaritia, cum
impudicitia, cum ira, cum ambiti-
one, cum inuidia molesta luctatio
est. Prostrata auaritia exurgit
libido, compressa libidine succedit
ambi-

DE ARTE

ambitio, ambitione superata venit
ira, qua concordiam rumpit, & sic
resecto uno hydrae capite plura sup-
pullulant. In altera autem vita o-
mnia illa finientur cum corpo-
re glorificato, ut inquit Chryso-
stomus in Matth. hom. 25. Omnia e-
runt pacis plena, sedebit populus in
pulchritudine pacis. Esai. 31. Hanc
pacem consecuti sumus per Chri-
stum, Iohan. 14. & 16. pœna super
eum, ut nos pacem haberemus, Esa.
53. Ista pax Dei exuperat omnem
intellectum Philip. 4. In illa bea-
titudinis gloria, de qua Propheta
suspirans aiebat, Melior est una
dies in atrijs tuis Domine, super
millia, nulla tenebrarum inter-
ruptione, nulla memoria miserie
vel doloris, quia prima abierunt,
& lux

Et lux perpetua pacis lucet, inquit

Beda. Et Bernhard. in Cantic. hom. Beda. Bernhard.

13. sic ait: Bene mecum agitur, si hanc pacem habuero. In hac vita alter alterum odit, ita ut etiam fratrum concordia rara sit. In vita

autem futura erunt amici omnes,

quia nullus illuc admittitur inimicus, ut tradit Augustin. contra Iudeos cap. 21. Ibi erit omnium hu-

Augustin.

manarum virium pulcherrimus concertus, non trahetur animus in diuersum, quasi duobus funicu-

lis, ut Plato inquit. De qua re Al-

Alcinus.

cinus sic scribit:

Cessabit gemitus, luctus, metus omnis &
ira,

Fraus, dolor atq; dolus, ingens discordia,
liuor

Nullus egens, nullus capiens, sed pace sub
ima Sufficiet

Sufficiet cunctis sanctorum gloria Christi.

In hac vita summis obnoxij morbis, qui a deo creuerunt, ut medicorum artem vicerint, Sanitatem enim perdidimus, propterea quod **Augustin.** Creatorem offendimus, ait August. de verb. Apostol. Serm. 4. In altera autem piorum vita nullus erit morbus amplius, sed perpetuo sanitas, ut inquit idem Augustin. in suis homilijs homil. 18. Et Bernhardus in meditat. cap. 9. Dominus enim sanat contritos corde, & alleviat contritiones eorum Ps. 147. Nemo te sanare potest, nisi ego solus, inquit Dominus per Prophetam Ierem. cap. 30. Hanc perpetuam sanitatem habebimus in vita aeterna. **Qui in hac vita fuit gibbosus vel clau-**

In altera
vita nulla
deformi-
tas corporum.

claudus, in altera vita non amplius gibbosus vel claudus erit.

Isthic non erunt surdi, muti, blesi, caeci, luesci, paralytici, epileptici, curui, manci, Eunuchi & similes, sed omnes perfecti in perfecta natura existent, ut tradit

Augustin. de Civitat. Dei. lib. 22. &

Prosper,

Prosper de vita contemplativa lib.

11. quia tunc omnia erunt nova. Esa.

43. Apocalyps. 21. & 2. Corint. 5. O-

mnia erunt sine deformitate, cu-

rante artificis providentia, ne quid

indecens fiat, ut inquit Augustin.

ad Laurentium cap. 89. & 91. Et

Cyrill,

Cyrill. in Iohan. lib. 12. cap. 58. Al-

ter alterum etiam cognoscet, sicut

Agnitio &

Adam agnovit Evam suam ad du-

notitia

Et am ad se, inquiens: Esse carnem

Post hanc

de carne sua, & os de ossibus suis

vitam.

Genes.

Genes. 2. Et Petrus in suo mortali corpore Moysen & Eliam in monte Thabor agnouit Matth. 17. quanto magis nos omnes cognoscemus sanctos in caelo in corporum nostrorum immortalitate. Maria & Apostoli post resurrectionem Christum agnouerunt, Iohan. cap. 20. & ult. quod & Stephanus testatum reliquit, Actor. 7. Quemadmodum multi Sancti resurgentes cum Christo multis apparuerunt in ciuitate sancta, Matth 27. Ita omnes Sancti in altera vita apparebunt & inuotescent electis, sicut Patriarchae collecti sunt ad patres suos Genes. 25. & 35. & in altera vita habuerunt notitiam suorum maiorum, proauorum & parentum: ita nos quoque eorum notitiam habebimus.

bimus. Diligimus notos & amicos
nostros in hac vita, quod sine certa
notitia fieri non potest. Ergo etiam
diligemus & amabimus notos &
amicos nostros in altera vita, in
charitate. In qua qui manet, in Deo
manet, & Deus in eo, quia Deus
charitas est, ut inquit Iohan. in sua
Epist. Can. c. 4. Diues in inferno co-
gnouit Lazarum in sinu Abrahae,
Luc. 16. quantomagis Sancti in coe-
lo cognoscent Abrahamum & reli-
quos electos. Diuus Paulus inquit:
Nunc cognosco ex parte, tunc autem
cognoscam, sicut & cognitus sum,
1. Corinth. 13. Si igitur ita cognosce-
mus, tunc omnia cognoscemus in
Deo & per Deum, ipsam lucem.
Ex quo dicto Pauli Augustinus in
quadam epistola viduam Italicam
con-

Augustin.

consolari non dubitavit, ipsam, sicut
hic externis oculis vidit maritum,
ita in altera vita cor & sensus, &
omnes cogitationes mariti cognitu-
ram esse.

Hac cognitio pie credenda est,
propterea quod post hanc vitam e-
rit Sanctorum communio & agni-
tio, sicut in Symbolo Apostolorum
confitemur, cum dicimus: Credo
Sanctorum communionem & vi-
tam eternam. In hac vita inter ho-
mines durat rixa, invidia & cupi-
ditas vindicta, iuxta versum:

At vindicta bonum est, vita incundius
ipsa.

Item:

Nunquam bella bonis, nunquam certa-
mina desunt;

Et, cum quo certet, mens pia semper
habet.

In vita autem aeterna in corporibus clarificatis, de quibus Paulus 1. Corinth. 15. & Daniel cap. 12. nullus amplius erit invidiae vel cupiditatis vindictae locus, sed erit perpetua pax, Esai. 32.

Nulla invidia in vita aeterna.

Quod autem unum corpus sit clarius altero, ut claritas in corpore Constantini haud dubie alia erit, quam in aliorum Caesarum corporibus. hanc gloriam alter alteri non invidet, ut tradit Chrysost. in Epist. ad Hebraeos. Et Augustinus ait: tract. 67. in Iob. Non erit aliqua invidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis. Christi verò corpus in claritate nos omnes tantum excedit, quantum Creator creaturas suas transcendit, inquit Augustinus de cognit.

cognit. vera vite cap. 48. In hac
vita inhabitamus domum ruino-
sam, tandem collapsuram, unde
rectè Poeta ait:

Terra domus non est animis accommodata
nostris,

Altius il nostræ conditionis honos.

Qui nimium terras amat, & mortalia
tecta,

Fallitur, est alio patria nostra loco.

Hic sumus extorres, alienaq; regna tes-
nemus,

Sub grauis exiliy seruitiq; iugo.

In altera autem vita scimus, si
terrenum nostrum domicilium hu-
ius tabernaculi destructum fuerit,
quod adificationem ex Deo habitu-
ri simus, domum non manufa-
ctam, æternam in cælis, 2. Corinth.
3. ubi superinduemur æterna gloria
& im-

Et immortalitate, destructo hoc
domicilio terreno. In hac vita nas-
cimur ad hereditatem corruptibili-
lem, post hanc vitam vero regene-
rati sumus ad hereditatem incor-
ruptibilem & aeternam, reserua-
tam nobis in caelis, 1. Pet. 1. Sicut
homines, quotquot vivunt in hoc
mundo Solem videre possunt: ita
beatorum corpora Christum vide-
re poterunt, & alter alterum non
impediet multitudine & numero-
sitate, quia hereditas Christi, qua
coheredes sumus, non minuitur co-
pia possessorum, nec fit angustior nu-
merositeate coheredum, sed tanta
est multis, quanta paucis, tanta
singulis, quanta omnibus, ut alibi
Augustinus inquit: In hac vita o-
pus habemus potu & cibo, in alte-

ra vita non. Quia regnum Dei
 non est esca & potus, sed iustitia
 & pax & gaudium in Spiritu san-
 cto, ut inquit Paulus Roman. 14.
 Ibi non quaremus, quid manduce-
 mus. Deus enim erit cibus noster,
 qui solus reficit nec deficit, ut in-
 quit Augustin. super Psalm. 50.
 Isthic erit nullum tibi desiderium,
 nullam suam incendium. Quam
 manducationem & potationem fal-
 so Turcicus Alcoranus in Paradi-
 so suis promittit, sed cibus & potus
 omnium erit visio Christi & san-
 ctae Trinitatis, & contemplatio
 puro cordis oculo ipsius diuinitatis,
 que est Christi Iesu visio, ut tradit
 idem Augustin. de tripl. habit. cap.
 4. Et licet Christus testetur, se
 disposuisse, ut edamus & biba-
 mus

Intellectus
 verborum
 Christi,
 quando in-
 quit: Ego
 dispono
 vobis, ut

mus super mensam suam, in regno
 suo, Luc. cap. 22. tamen illa verba
 Christi tantum metaphoricè & alle-
 goricè intelligenda sunt, quemad-
 modum Proverb. 9. de sapientia
 scribitur, quod miscuerit vinum
 suum, & etiã instruxerit mensam
 suam, que sapientia congruere ne-
 queunt, cum eius natura sit spiri-
 tualis. Ita verba Christi de cibo &
 potu intelligenda sunt de Dei no-
 titia, & diuinarum rerum arden-
 ti amore, & gaudio proueniente
 ex diuina presentia. Hec sanctis
 futura sunt instar cibi & potus iu-
 cundissimi, vt explicat Augusti-
 nus de Ciuitat. Dei. lib. 20. cap.
 20.

edatis &
 bibatis su-
 per mens-
 sam meam
 in regno
 meo, Luc.
 22.

In illa altera vita nihil at-
 tinet querere de rebus veteribus,

G 2

cum

cum vetera transierint, & facta
sint omnia noua, Esai. 43. Apocalyps.
21. & 2. Cor. 5. Perpetuum & idem
gaudium erit apud omnes electos
in omni aeternitate. Ibi regnabunt
pij cum Christo usq; in aeternum A-
pocalyps. 12. quia regni Christi tan-
quam capit is non est finis Esai. 9. &
Luc. 1. Quemadmodum ergo Deus
est immortalis, & expers omnium
calamitatum: ita & homo immor-
talis erit cum Creatore suo expers
omnium arumnarum, ut inquit
Paulus: Nos omnes reuelata facie
gloriam Domini specularantes in
eandem imaginem transforma-
mur à claritate in claritatem tan-
quam à Domini Spiritu, 2. Corinth.
3. in fine. Reformabit corpus hu-
mile nostrum configuratum corpori
suo

suo glorioso secundum efficaciam,
 qua potest ipse sibi subycere omnia
 Philip. 3. in fine. Sicut Angeli in
 caelis erunt, ita & erunt Sancti, qui
 gloria resurrectionis innouati, abs-
 que ullo mortis metu, absque vlla
 labe corruptionis, perpetua DE I Beda
 visione fruuntur, ut scribit Beda
 super Marc. cap. 1. quia in vita fu- De dicto
 tura erimus Angelis similes, Mat. Matth. 22.
 22. non quod in Angelos, hoc est, Erimus
 Spiritus caelestes corpora nostra Angelis
 transmutabuntur, sed quod angeli- similes.
 cam agilitatem habituri simus, ita
 ut ubicunq; voluerit esse Spiritus
 noster, ibi etiam protinus sit &
 corpus nostrum, quia non dixit: E-
 runt Angeli, sed tanquam Angeli
 ut homines conseruaret, non abstru- Tertull,
 lit substantiam, cui similitudinem

Tertullia.

attribuit, inquit Tertull. in lib. de
resurrect. fol. 93. similitudo permit-
titur, non natura mutatur, inquit

Hieron.

Hieronymus ad Eustochium, Tan-
ta agilitas corporum beatorum cre-
denda est, ut si velint, possint absq;
omni mora seu difficultate, ipsam
quoq; cogitationum nostrarum sequi
ad omnia velocitatem, ut inquit

Bernhard.

Bernhardus in festo omniū Sanct.
Serm. 4. Corpora enim nostra post
resurrectionem erunt spiritualia,
non quia corpora esse desistent, sed
quia Spiritu viuificante subsistent,
ut inquit idem Tertullianus in lo-
co citato, Et Augustinus de ciuitat.
Dei. lib. 13 cap. 22.

Post resurrectionem corpus non
aggrauabit animam tali somno,
qualis fingitur fuisse Epimenidis
- vel

vel Endymionis, sed erit caro sine
 mole & pondere, agilis & mobilis,
 nullis clausa obstaculis, visu & au-
 ditu penetrans, & attingens quacū-
 que voluerit, sine impedimento di-
 scurrens, inquit Cyprian. de resur. Cyprian.
 rect. Christi. Corpus nostrum glo-
 rificato corpori Christi erit simile
 in claritate, 1. Cor. 13. sub fine, Pa-
 ter volo, ubi ego sum, & illi mecum
 sint, quos mihi dedisti, ut vide-
 ant claritatem meam, quam mihi
 dedisti, Iohan. cap. 17. Sicut er-
 go Angeli vident faciem aeterni pa-
 tris, Matth. 18. ita & nos videbi-
 mus in omni aeternitate, ut testatur
 Augustinus de Ciuitat. Dei lib. 23. Augustin.
 cap. 29. Quae glorificatio claritate
 sua & splendore etiam ipsas stellas
 superabit, ut Basilius arbitrat. Basilius.

tur. Ego in iustitia videbo faciem
tuam, satiabor, cum euigilauero ad
similitudinem tuam, inquit Da-
uid Psalm. 17, in fine. Vbi Prophe-
ta loquitur de iustitia consummata
sine peccato, quia cum illam faciem
videbimus, non amplius peccabi-
mus neq, factis neque concupiscen-
tys, sicut inquit idem Augustin, de
temp. Sermo, 49. Hanc faciem de-
siderauit idem David, cum inquit:
Sitiuit anima mea ad Deum vi-
uum, quando veniam & videbo
faciem Dei, Psalm. 42. & 88. Ad
quam visionem preparemus nos
fide, mundo corde & conuersione,
ut monet Augustinus in explicat.
Psalm. 47. Quod dictum Augusti-
ni probatur Ioh. 11. Matth. & Heb.
12. Quamdiu in mundo peregrina-
mur

mur, per fidem incedimus, donec à facie ad faciem se nobis fruendum exhibebit Deus, 2. Corinth. 15. Nunc p̄ys tantū gustum quendam & arrhabonem prebet, plenam autem & cumulata[m] beatitudinem in alia vita proposuit, inquit Nicetus in oratione Nazianzeni de Pentecoste. Et Augustinus in Psal. 140. ait: Christus in vita reficit nos, in patria saturabit nos. Modò enim ut duremus, reficimur. Nā necesse est, ut esuriamus, quoad usq; satiemur.

Dolendum autem est, quod homines talia gaudia caelestia videre non desiderent, sed in hoc mundo immundo vivere cupiant, sicut Scarabaei in fimo, ut inquit Chrysostomus ad popul. Antioch.

DE ARTE

hom. 47. quorum hominum stoliditas gallo AEsopico non ineptè comparatur, qui granum tritici preciosissime margarita, cum qua ne Cleopatra quidem conferri debet nec potest, anteponunt, quia Cleopatra margarita fuit corruptioni obnoxia, caelestis vero margarita aeterna & incorruptibilis est.

Maxima pars hominum de rebus mundanis tantum loquitur, de vita autem aeterna nunquam aut raro imo. egre eam credit, sicut de Pontifice Leone, qui tempore Imperatoris Maximiliani I. vixit, narratur: Cum aliquando duo Philosophi inter se dissidentes coram ipso ad mensam ipsius cepissent rixari de vita aeterna, & ambo ad ipsum provocassent, uter rectius dixisset, pro-

pronunciasset Leonem: Recte quidem cum locutum esse, qui vitam eternam affirmaret, sed talem affirmationem afferre mentibus hominum tristitiam & gignere corruptum sanguinem, ideo alterius opinionem esse latiorens, & ad exhilarandos homines magis accommodatam, ut refert Lucherius in suo commentar. in Gen. cap. 19. mihi fol. 252. Digna sane sententia inter sales litigatores à tali iudice lata.

Inveniuntur hodie multi irrisores, de quibus predicatur 2. Pet. 3. quorum alij libentius de campo Elysio, quàm de cœlesti regno fabulantur, alij Getarum more mortuos ire aiunt ad Zamolxim, qui fuit auditor Pythagoræ, adeo religiosus,

B.

Zamolxis.

G. 6

giosus,



Lgiosus, ut post obitum à suis pro numine cultus fuerit, ut narrat Herodot. lib. 4. Alij aliud fingunt & comminiscuntur, unde vulgatus natus est rhytmus:

Credite, qui terrena volunt, caelestia nollunt.

Multi vix necessaria laborando & mendicando habent, & tamen si hic semper viuere possent, de regno Dei nihil curarent, inquit Gerson de imitatione Christi lib. 1. cap. 22. Quia quo impensius aliquid homines diligunt eo difficilius ab illo diuelluntur.

Gerson,

Huius vitæ bona non explent hominis appetitum, qui quibuscunque bonis potiatur, assidue tamen plura & maiora concupiscit, ut Alexander plures mundos esse audiens,

Alexander Magnus.

diens, illos etiam in suam ditio-
nem redigere cupiebat, de quo Iu. Iuuenalis.
Iuuenalis Sat. 16. scribit:

Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis.

Totus mundus cordis cupidi-
tatem explere non potest, quia
mundus est figura rotunda & cor
triangulare. Sola autem sancta &
indiuidua Trinitas capacitatem
cordis humani complet, in quo man-
sionem facit Deus Pater, Deus Fi-
lius, & Deus Spiritus sanctus, Io-
han. 14. ut Augustinus dixit: In
visione autem Dei in altera vita,
quæ fiet in iustitia, de qua allegat.
Psalm. 17. loquitur, dum inquit:
Ego in iustitia & letitia videbo fa-
ciem tuam: illa visione tunc perfectè
satiabimur, non appetentes alia
bona, summo illo bono Deo ipso co-

Augustin.

ram fruente, qui perfectè desiderium & voluntatem nostram facie sua implebit, apud quem est fons vitæ, & in cuius lumine videbimus lumen, Psalm. 36. Vbi Augustinus inquit: Tu es quippe lumen, in cuius lumine videbimus lumen, te scilicet in te, in splendore vultus tui, quando te videbimus facie ad faciem. Videre enim faciem Dei viui, est summum bonum, atq; omnium Sanctorum premium, vitæ æternæ initium & extremum gaudium. Hec est plena beatitudo & tota glorificatio hominis, videre faciem Dei sui, videre eum, qui fecit cælum & terram, videre eum, qui fecit eum, qui salvauit eum. Visio ergo tua tota merces est, totum patrimonium, & co-

tum

tum gaudium, quod expectamus.

Haecenus Augustinus.

Sunt & alia gaudia, & multa alia secreta vite aeternae, quae Deus sua sapientia reseruat, non nisi in illa die aperienda, sicut ad hoc scholastici ponderant vulgata translationem Hieronymi, quando apud Esaiam sic scribitur: Secretum meum mihi. Secretum meum mihi. Esa. cap. 24. Quae gaudia & secreta videbimus tunc, cum Christus Saluator noster tradet regnum patri suo caelesti, & Deus erit omnia in omnibus, 1. Corinth. cap. 15. Aeternae civitatis aeterna sunt gaudia, quae nulla lingua dicere, nec intellectus capere potest, nempe Angelorum chorus interesse, cum beatissimis Spiritibus.

Gregori

DE ARTE

ritibus gloria conditoris assistere,
presentem Dei vultum cernere,
in circumscriptum lumen videre,
nulla mortis metu affici, sed perpe-
tuo munere incorruptionis latari,
inquit Gregorius. O infelices homi-
nes, qui his magnis rebus non affici-
untur! O beatissimos, qui ad hunc
portum aeternitatis totis viribus
contendunt! Quaramus ergo cœ-
lestia & terrestria relinquamus.
Qui saluus esse desiderat, supra
mundum conscendat, inquit Am-
brosius. Et Hieronymus ait: Qui
se morituros continue cogitabunt,
contemnent presentia, & ad futu-
ra festinabunt:

Hieron.

Nulla salus terra, cœlum te poscimus om-
nes.

Quia qui aeterna non quarunt, bona
caduca

caduca cum tempore amittunt, ut
 scribit Gregorius in Hiob. lib. 8.
 cap. 26. Gregor.

Optemus nos lumen illud bea-
 rum, in quo non sunt vlla tenebra.
 1. Iohan. 1. Circa quod magnum
 lumen nos tripudiantes futuri eri-
 mus parua lumina, ut inquit Gre-
 gor. Nazianzenus.

De his collationibus vitæ tem-
 poralis & cœlestis sic scribit Augu-
 stin. in Iohan. tract. ultimo: Duas
 vias sibi diuinitus predicatas &
 commendatas nouit Ecclesia, qua-
 rum vna est in fide, altera in spe:
 vna in tempore peregrinationis, al-
 tera in mansione aternitatis: vna
 in labore, altera in requie: vna in
 via, altera in patria: vna in opere
 actionis, altera in mercede con-
 >templa-

Nazian.
 Augustin⁹
 de collati^o
 one vitæ
 tempora-
 lis & cœ-
 lestis.

temptationis: una declinat à ma-
 lo & facit bonum, altera nullum
 habet, à quo declinet malum, &
 magnum habet, quo perfruatur
 bonum: una cum hoste pugnat,
 altera sine hoste regnat: una for-
 tis est in aduersis, altera nihil sen-
 tit aduersi: una carnales libidi-
 nes frenat, altera spiritualibus de-
 lectationibus vacat: una est vin-
 cendi cura sollicita, altera victo-
 riæ pace secura: una in tentationi-
 bus adiuuatur, altera sine vlla ten-
 tatione in ipso adiutore letatur:
 una subuenit indigenti, altera ibi
 est, ubi nullum indigentem inue-
 nit: una aliena peccata, ut sua sibi
 ignoscantur, ignoscit, altera nec pa-
 titur, quod ignoscat, nec facit,
 quod sibi poscat ignosci; una flagel-
 latur

latur malis, ne extollatur in bonis,
 altera tanta plenitudine gratia ca-
 ret omni malo, ut sine vlla tenta-
 tione superbia cohaereat summo bō-
 no: una bona & mala discernit,
 altera quae sola bona sunt, cernit.
 Haec tenus Augustinus.

Idem Augustinus locum de
 gaudio caelesti tanquam in fascicu-
 lum colligens his verbis concludit:
 Gaudium verum & sempiternum
 erit gaudium sine tristitia, quod
 continet eternam letitiam, ubi
 salus sine dolore, vita sine labore,
 lux sine tenebris, ubi amor nun-
 quam tepescit, ubi gaudium nun-
 quam decrescit, ubi dolor nun-
 quam sentitur, ubi gemitus nun-
 quam auditur, ubi triste nihil vi-
 detur, ubi letitia semper habe-

tur.

DE ARTE

tur, ubi hostis nullus, quoniam ibi
summum bonū possidetur, sed sum-
ma & certa securitas, segura tran-
quillitas, & tranquilla iucunditas,
iucunda felicitas, felix eternitas,
eterna beatitudo, & beata Trini-
tas, Trinitatis unitas, & Unitatis
Deitas, & Deitatis beata visio, qua
est & gaudium Domino Dei tui.
O gaudium super gaudium vin-
cens omne gaudium, extra quod
non est gaudium! quanto intrabo
in te, ut videam Deum meum, qui
habitat in te, ibi & videbo visionē
hanc grandem. Quid est quod me
detinet? Heu me, quā incolatus
meus prolongatus est! Heu me,
quamdiu dicetur mihi: Vbi est
Deus tuus? Quamdiu dicetur mi-
hi: Expecta, expecta. Et que nunc
est

est expectatio mea? Nonne tu Dominus Deus meus. Salvatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. Expectamus Dominum, quando reuertatur à nuptiis, ut inducat nos ad suas nuptias. Veni Domine, & noli tardare, veni Domine Iesu Christe, veni, visitare nos in pace, veni & e-duc vinc-tos de carcere, ut latemur coram te corde perfecto. Et hac ha-tenus de gaudiis piorum, in caelo dicta sufficiant. De pœnis vero in inferno & gehenna dicam in ter-tia & ultima parte.

Si quis autem prolixiorẽ col-lationem harum miseriarum hu-manarum & gaudiorum caelestium desi-

desiderat, legat is eundem Augu-
stin. de Ciuitat. Dei lib. 22. cap. 24.
ubi splendide hanc materiam per-
tractat. Legat & Franciscum Pe-
trarcham in suo triumpho de tem-
pore, & triumpho de eternitate, v-
bi Poeta tristitiã vitæ humanae &
letitiam vitæ celestis pulcherrimo
carmine lingua Hetrusca decantat.

PRECATIO.

Veni Saluator meus, ostende
mibi faciem tuam, & saluus
ero, educ de hoc terreno carcere ani-
mã meam in regnũ tuum, ut vul-
tuum tuum cernere, & illud sum-
mum ac ineffabile & incircumscri-
ptum lumen semper cum gaudio
aspicere possim sine fine. Aufer à
me, quod deformauit natura corru-
pta, & conserua, quod in me opera-
ta est

ta est tua gratia, ne regnet amplius
peccatum in meo corpore, ut tibi hic
seruiam in regno gratie, & postea
in tuo regno glorie. Concede mihi, O
Domine, ut in lumine tuo videam
lumen, sicut David orat, & ut te in
novo caelo conspiciere, & tibi noua
lingua gloriosum illud Ecclesiae tuae
canticum: Venite exultemus Domi-
no. Et: Te Deum laudamus. Item:
Sanctus, Sanctus, Sanctus Domi-
nus Deus Zebaoth, pleni sunt caeli
& terra gloria maiestatis tuae, in
omni aeternitate cum omnibus ele-
ctis pleno ore & corde canere pos-
sim. O Domine Deus, qui vidisti
informem massam meam, cum
nondum formatus essem in utero
matris meae, ex quo utero tu me
extraxisti, tu me nunc etiam vi-
des

des graui morbo laborantem, à quo,
 si voles, tu potes me liberare, &
 mihi hanc vitam ad placitum tu-
 um prorogare, quod si facere nolis,
 tunc, orote, concede mihi, qui ad
 tempus vixi in hac tristi terra mo-
 rientium, ut etiam tecum viuam
perpetuo in lata regione viuenti-
um, Amen.

TERTIA ET VLTIMA
 PARS.

DE MORTE ET
 CONSOLATIONIBVS
 CONTRA TERRO-
 res mortis.

Deriuatio
 vocabuli
 Mortis.

Augustinus contra Pelagium
 lib 1. commemorat vocabu-
 lum mortis à morsu deriuari, eo
 quod morsu quodammodo venenosi
 ser-

serpentis, id est, Diaboli in Paradi-
 so Adam fuerit interemptus. Et
 largè pro plagis & calamitatibus
 accipitur. Vnde Pharaon ad Moysen
 & Aaronem dicit: Rogate pro me
 Dominum vestrum, ut auferat à
 me mortem istam, de plaga locu-
 starum loquens, Exod. 10. Proprie
 autem mors privatio huius vitæ est,
 qua anima agrè separatur à corpo-
 re, quod dissolvitur. Nulla enim est
 arctior copula, quam corporis & a-
 nimæ, quam mors diuidit. Et quia
 in morte diuina ira sensus est, ide-
 oq; sua natura dolorem & horrorem
 inquit, cum alioqui etiam ita na-
 tura comparatum sit, ut, quod vi-
 tam habet, destructionem sui re-
 formidet.

Numerant autem Patres &

H

Docto.

Mors alia
temporalis,
alia
aeterna.

Cicero.

Doctores Scholastici varias species
mortis, ut est videre apud Orige-
nem in Epist. ad Roman. cap. 5. Et
Ambros. in lib. de bono mortis cap.
1. 2. & 3. communiter tamen in
duas tantum species dividitur, ut
dicamus, aliam esse mortem tem-
poralem, aliam aeternam. Tempo-
ralis mors est, quam omnes homi-
nes experiuntur, quae propter incer-
tos casus quotidie imminet, & pro-
pter brevitatem vitae nunquam lon-
ge potest abesse, & ideo sapientem
deterrere non debet, & ideo qui
hanc mortem non timet, magnum
is sibi praesidium ad beatam vitam
comparavit, inquit Cicero in lib. 1.
& 2. Tusc. quest. Quod & sacrae
literae testantur: Iudicium mortis
ne timeas sed memineris, hoc à Do-
mino

mino ita decretum esse, super omnē
carnem, & superiorum & post ve-
nientium Ecclesiast. cap. 41. sub fin.
Mortem non metuamus, sed desi-
deremus mori, sicut Sancti fece-
runt: qui etiamsi & ipsi mortuos
excitabant, tamen mori deside-
rabant. Sic filius viduae Sareptane
resuscitatus est ab Elia, 3. Reg. 17.
Sic Tabitha mortua à Petro resusci-
tata, Actor. 9. & Adolescens Eu-
tichus à Paulo Actor. 20. & tamen
Elias, Petrus & Paulus cupiunt esse
cum Christo, 3. Reg. 19. 2. Pet. 1.
& Philip. 1. Idem desiderium &
voluntas moriendi etiam nos ca-
piat, ut tradit Chrysostomus in Chrysoft.
Epist. ad Hebræos. Vita datur nul-
li, nisi cum exceptione mortis, &
quidem nulla certa præsinita die
H 2 datur.

Mors re-
pentina,

Plinius,

Iulius Cæ-
sar.

Ovidius.

datur. Sic videmus multos subita
& repentina morte extingui, in
repentinamorte felicitatem inesse.

existimavit Plinius, quemadmo-
dum ille multis exemplis ostendit,

lib. 7. cap. 53. & 83. quod & Iu-
lium Casarem approbasse scribitur.

Et Ovidius testatur, cum inquit:

Mitius ille perit subita qui mergitur un-
da,

Quam sua qui liquidis brachia lassat
aquis.

De quare disputet, qui volet:
Christianorum vetus precatio est:
A subitanea & improuisa mala
morte libera nos Domine, hanc re-
tineamus, & mortem nobis ante
oculos ponamus omni die & hora,
cum nulla die & hora ab ea tuti si-
mus, ut in versu dicitur:

MORS

Mors certa est, incerta dies, hora agnita
 a nulli,

Extremam quare quamlibet esse puta.

Isidorus scribit, Constantino- Isidorus.
 poli usitatum fuisse in electione no-
 ui Regis, ut Latomus Regi lapides
 marmoreos ostenderet, & palam
 interrogaret, ex quo colore sibi se-
 pulchrum extrui vellet, alludens
 ad dictum: Hodie Rex, cras mor-
 tuus. Syracid. cap. 10. Socrates
 iam moriturus, cum animaduerte-
 ret, comitantes ipsum flere, quid
 hoc dixit, Anne nunc fletis? An
 non iam pridem sciebatis, ex quo
 die natus fui, statim mihi mortem
 à natura fuisse definitam?

Mors homini comes est. hominem comi-
 tatur ut umbra,

Quodq; homo carpit iter. mors quoq;
 carpit iter.

Ille licet ferro cautus se condat & ere,
Mors tamen inclusum protrahit indo
caput.

Propertius, inquit Propertius. Et præclara est,
Metrodori Philosophi sententia:
πρὸς μὲν τὰ ἄλλα πάντα ἀσφάλεια
ἔστι πορίσασθαι: χάριν δὲ θανάτου
πάντες ἄνθρωποι ἀείχισον πόλιν
ὀικίζουσι: Adversus alia quidem o-
mnia, presidij aliquid parari po-
test, sed adversus mortem omnes
homines urbem inæmibus carentem
incolimus. Quare sicut mors ex-
pectat nos ubiq;: ita nos quoque vi-
cissim eam expectare debemus, ait

Bernhardus. Nihil amplius ex hoc
mundo effert dives Cræsus, quàm
pauper Irvus. Ideo omnia facile con-
temnet, qui se moriturum esse co-
gitat.

Ille

Illam mortem temporalem mortem
primam dicitur, aeterna autem mors
perpetuus horror conscientiae est ob
iram Dei, qua in aeternum reijci-
entur à facie DEI omnes impæ-
nitentes, quae dicitur mors secunda,
& est aeterna damnatio impiorum,
quorum vermis non morietur, &
ignis non extinguetur, qui mori cu-
pient, & mors fugiet ab eis, quorum
pars erit in stagno ardente igne &
sulphure, ut tradit Ioh. in sua Apoc.
cap. 20. & 21. & Esai. cap. ultimo.

De utraq; hac morte intelli-
gendum est illud, quod Dominus
protoplasta in Paradiso dixit: Qua-
cunque die comederis ex arbore
vetita, morte morieris Genes. 2.

Inter hanc primam & secun-
dam mortem tamen insignis est

Mors tem-
poralis
prima. Aet-
terna scs-
cunda dis-
citur.

Differen-
tia inter
Mortem

H 4 disse-

primam &
secundam.

Prudent.

differentia nunquam obliuioni tradenda, quia mors prima piorum, qui cum vera pœnitentia & fide in Christum obdormierunt, est reparatio vitæ, ut Prudentius canit, & est transitus ex morte in vitam, sicut Christus iuramento affirmat, cum inquit: Amen Amen dico vobis, qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam eternam, & in iudicium non venit, sed transiit ex morte in vitam, Ioh. 5.

Cicero.

Hæc mors quam immortalitas sequitur, lugenda non est, ut præclare dixit Cicero de Senectute. Sic Abraham congregatus est ad populum suum Genes. 25. & Isaac, Gen. 35. & Iacob, Gen. 49. Sic & Moyses congregatus est ad populum suum,

um, quemadmodum eius frater Aaron. Num. 27. Si in Christum credimus, & fidem verbis ac promissis eius habemus, caelestia terrenis, magna parvis, & aeterna caducis succedunt. Quis hic anxietatis & sollicitudinis locus est? quis inter haec trepidus & maestus est, nisi cui spes & fides deest? Eius est enim mortem timere, qui ad Christum nolit ire, inquit Cyprianus de mortalitate Serm. 4.

Mors piorum & omnium in hac vita penitentiam agentium hanc habet prerogativam, ut anima ipsorum illicito à discessu ex corpore mortuo ad Deum perveniant, & conspectu eius fruantur, sicut Dominus ad Latronem ait: Hodie mecum eris in Paradiso, Luc.

Error Pas
pæ Iohans
nis,

Gerson.

23. quod & parabala de diuite & Lazaro ostendit Luc. 16. quod tamen Papa Iohannes 20. negavit, qui eam ob causam ad palinodiam coactus fuit, non sine buccina sonitu, ut Gerson de eo testatur in Conc. de Paschat. At mors impiorum non resipiscantium & poenitentiam non agentium ante discessum ex hac vita, est omnium pessima, sicut in vulgata translatione Psalm. 34. legitur. Ea enim trahit secum aeternam damnationem, quia ira Dei manet super eos Iohan. 3. Impijs ventura est indignatio in reuelatione iusti iudicij, Rom. 2. Non erit pax impijs, dicit Dominus Esai. 48. Euigilabunt impij in opprobrium, ut videant semper scurriliam & ignominiam aeternam Dan.

Dan. 12. Impij de manu Dei repulsi sunt, inquit Olympiodorus, allegans verba Psal. 88. ubi David inquit: Ipsi de manu tua repulsi sunt, ipsi in aeternum non videbunt lumen, hoc est, nec Deum cernent, nec ullam consolationem, nec dolorum leuationem in omni aeternitate experientur. Psalm. 49. sed ibunt in gehennam & ignem aeternum, Matth. 25. & Marc. 9. quibus caligo tenebrarum reseruata est in perpetuum 2. Pet. 2. Impiorum resurrectio paenitentiam in hac vita non agentium ad seueritatem extremi iudicij pertinet, non ad misericordiam beneficentiam, quibus melius foret si minime resurgerent, sicut Dominus de Iuda proditore pronunciauit, quod melius

H. 6

et

ei fuisset, si natus non fuisset
Matth. 26.

Hieron.

AEquum est, ut qui noluerunt DEVM cognoscere per beneficia, sentiant eum per supplicia, ut inquit Hieronymus. Impiorum ergo in peccatis manentium animæ ex corpore discedentes Deum Zebaoth non videbunt, sed in tenebris & tormentis erunt, Matth. 9. & 22. Deum autem non videre superat omnia gehennæ supplicia, ut inquit Bernhardus de dom. interior. cap. 20.

Bernhard.

De Gehenna.

Quod ad gehennam attinet, legitur in veteri Testamento de valle Ennon seu Hinnon contigua urbi Hierosolima, in qua fuit horrenda idolatria, cultus idoli Moloch, eo quod ibi sacrificabantur &

cre-

cremabantur corpora Iosua 15. &
 4. Reg. 23. Ierem. 7. & 19. &
 Esai. cap. 30. Ab hoc execrando
 igne vocabulum Gehenne pro loco,
 ubi impij aeternis pœnis cruciantur,
 sumtum usurpari cepit ut narrat
 Hieronymus. In Apocalypsi dicitur
 stagnum ignis ardentis & sulphu-
 ris, cap. 19. in fine & 20. & 21.
 De qua gehenne aeternorum suppli-
 ciorum pœna (cuius mentionem
 Christus ipse facit, Matth. 5, 10.
 18. 23. Marc. 9. Luc. 11. & alibi.)
 Chrysostom. homil. 31. in epistola
 ad Rom. & ubi, inquiens & quo
 in loco erit ipsa, gehenna? Quid
 istud curas? Questio siquidem est
 ut ostendatur, quod sit, & non ubi
 sit. Non queramus igitur ubi sit,
 sed quomodo illam sanè fugiamus.

Hieron.

H 7

Et

Et idem Chrysoſtom. in Epist. 2. ad
Theſſalon. ſic ait: Nihil ita utile
eſt, atq; de gehenna diſſerere &
cogitare. Non enim ſinet in gehen-
nam incidere eum, qui in ſeria con-
verſione gehennam meditatatur, pro-
pter hoc ipſam quippe illans & pa-
rauit & minatus eſt, ne in eam in-
cidamus, timore illius meliores
facti. Non ergo videamus gehen-
nam, ſed pœnitentiam agentes ſe-
rio eam metuamus. Si tempore di-
luuij, de quo Genes. 7. homines pœ-
nitentiam egiſſent, & ſerio dilu-
uiũ timuiſſent, non periſſent. Qui
gehennam contemnit, gehennam
non effugit, qui vero gehennam
præ oculis habet, in gehennam non
cadet. Hactenus Chryſoſtomus.

Ei

Et Cyprianus ait: Hæc sit armorum
nostrorum preparatio, hæc diurna
& nocturna meditatio, ante oculos
habere, & cogitatione semper ac
sensibus volvere iniquorum suppli-
cia, & præmia iustorum, quid ne-
gantibus Dominus comminetur ad
pœnam, quid contra confitentibus
promittat ad gloriam.

De prima morte sic loquitur
Iohannes in sua Apocalypsi cap. 2.
Esto fidelis usq; ad mortem, & da-
bo tibi coronam vitæ. Et iterum ca.
21. sic ait: Qui vicerit, non ledetur
à morte secunda. In summa, nulla
prorsus secunda mortis, quæ morte
finiri nequit, atq; eterna est, cum
prima morte collatio institui vel
cogitari potest.

Si quis tamen collationem de-
siderat,

DE ARTE

siderat, legat is quæ docet Augu-
stin. de Ciuit. Dei lib. 19. cap. 28.

Et quanquam gradus miseriarum

Erunt gra-
dus pœnas
rum dam-
natorum
hominum.

et pœnarum damnatorum homi-
num futuri erunt, sicut inquit Chri-
stus: Tyro et Sidoni tolerabilius
erit in die iudicij, Matth. 11. Item,

seruus sciens voluntatem Domini,
et non faciens eam, grauius vapu-
labit, Luc. 12. quemadmodum et

Augustin.

Augustin. de Trinitat. lib. 21. cap.
16. sentit: tamen pœnas eorum,
qui in impietate mortui sunt, ater-
nas et nunquam desideras esse cer-
tum est. Nam in stagnum ignis pro-
ycientur, accruciabuntur die ac no-
cte in secula seculorum, Apocalyps.
20. quæ verba ex Esaiæ cap. 34. de-
sumpta esse apparet.

Cum autem de impijs scribi-
tur

De igne
impiorū.

tur eos post hanc mortem cruciatib.
ignis torqueri, ut multi scriptura
loci testantur, maxime vero sen-
tentia pronunciata à Christo, cum
inquit: Discedite à me maledicti
in ignem aeternum, qui paratus
est Diabolo & Angelis eius, ubi in
fine subiungitur: Et ibunt impij in
supplicium aeternum, piy vero in
vitam aeternam, Matth. 25. Ignis
eorum non extinguetur, & vermis
eorum non morietur, & erunt ab-
ominatio omni carni, inquit Esa-
ias, cap. 66. in fine. Abiciuntur in
gebennam, in ignem inextinguibi-
lem, ubi vermis eorum non morie-
tur, & ignis non extinguetur,
Marc. 9. Paleas comburet igne in-
extinguibili Luc. 3. ideo nos hunc
potentem & iustum Dominum me-
tuamus,

quamvis, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna, Matth. cap. 10.

De hoc igne & gehenna hac Patres & Doctores scolastici disputant, an hec & pluraq; alia dicta de igne corporeo vel elementari intelligi debeant nec ne. A nonnullis ignis & vermis conscientia peccatorum accipitur. Vnicuiq; enim conscientia sua dicetabit peccata commissa. Nullus alius accusator tui sistetur, quam ipsa opera & actiones, unaquaq; cum propria forma assistentes: adulterium, furtum, scortatio cum nocte, cum modo, cum proprietatibus ipsam velut per notas delineantibus, & in summa unumquodque peccatum cum proprio caractere manifestam afferens

ferens recordationem producetur,
ut scribit Basil. in Psal. 48.

De qua gehenna & igne a-
terno, qui t sit, & ubi sit, vide
Augustin. lib. 8. de Genes. ad lite. Augustin.
ram cap. 5. & in parabola diuitis
& Lazari Luc. 16. & qua ego dixi
in Enarratione Euangel. Dominic.
1. post Trinitatis. Nos harum re-
rum, qua supra nos sunt, non sumus
perscrutatores. Qui enim scrutator
est maiestatis, opprimetur à gloria
eius, inquit Salomon. Proverb. 25.
Sed modeste nos intra metas verbi
diuinitus traditi contineamus, &
certo secuturas esse impiorum ho-
minum & Diabolorum poenas iu-
stissimas, & has atroces fore non
dubitemus, etiam si igne aeternum,
qualis & ubi sit, & modos supplicio-
rum

DE ARTE

rum ignoremus. Demus modo operam militando in hac vita bonam militiam, retinentes fidem & bonam conscientiam ne sempiterno nostro malo ipsi illa cognoscentes experiamur.

Postremo circa hanc mortis distinctionem notabis, quod homines, qui metuunt mortem primam plerunq; incidant in secundam, quae animam à Deo separat, cum vita animæ Deus sit, mors autem animæ peccatum. Nemo ergo mortem primam metuat, nisi qui ad terribilem secundam mortem transiturus est, inquit Augustinus super Psalm 48.

Cum autem mors terreat omnem hominem, qui tamen putredotantum est, & vermis, ut inquit

quit Iob. cap. 25. unde fit ut post mortem suam serpentes & vermes quasi heredes sui corporis relinquat. Ecclesiast. 10. sicut experientia testatur, cumq; grauis lucta cum morte, & amara eius recordatio sit, Ecclesiast. 41. & imbecillis hominum natura opus habeat armis spiritualibus, & consolationibus contra terribilem mortis speciem, quae arma sunt scutum fidei, & gladius Spiritus, quod est verbū Dei, ut tradit Paulus Eph. 6. Ideo consolationes contra mortem & terrores mortis petendae sunt ex verbo Dei, quod verbum animam letificat, sicut inquit Dauid: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae letificauerunt animam meam, Ps. 94.

Verba

Consolationes contra terrores mortis ex verbo Dei petendae.

Verba Platonis, Plutarchi, Seneca, Ciceronis & aliorum doctorum vinorum non latificant animam, quia in veris paroxysmis & agone mortis nullius efficacia sunt, sed instar fumi evanescent. Vt enim imagines in aquis turbulentis apparentes fluctuant, nec apprehendi & cognosci certo & firmiter possunt: sic certa & firma assensione ex scriptis Philosophorum vita aeterna demonstrari & cognosci non potest. Quamobrem nunc postremo loco de firmis & solidis consolationibus contra mortem & multiplices mortis terrores aliquid dicemus.

Homo à Deo factus & inspiratus est, non ut Caelum & Solem tantum videret, quod Anaxagoras putat

putavit, sed ut artificem Solis &
 caeli Deum pura & integra mente
 coleret. Ideo enim Sermonem Solus
 accepit, ac linguam cogitationis
 interpretem, ut enarrare maiesta-
 tem Domini sui possit, ideo etiam
 ei cuncta subiecit, ut factori atq;
 artifici Deo esset ipse subiectus, in-
 quit Lactant. de vero cultu lib. 6. Lactan.
 cap. 2. & de ira Dei cap. 14. Hic ho-
 mo creatus ad imaginem Dei Gen.
 1. & Sapient. 2. potuit persuasione
 & astutia veteris serpentis hanc i-
 maginem deformare, sed non potuit
 reformare, ut Beda inquit super ca- Beda.
 put Eph. 4. unde cum mortem me-
 ritus esset, Deus admiranda mise-
 ricordia sua PRIMAM CONSO-
 LATIONEM protulit in Paradiso,
 Adamo & Eva, & nobis omnibus,
 cum

testimonis
nia de car
nis resur
rectione.

cum diceret: Semen mulieris con-
teret caput serpentis Genes. 3. Ex
qua promissione primi parentes no-
stri ex morte reuixerunt, & in il-
lud semen futurum, id est, in Chri-
stum exhibendum credentes salua-
ti sunt, quemadmodum & nos in
Christum iam exhibitum creden-
tes saluamur Gal. 4. ut tradit Au-
gustin. in Ioh. tract. 45. Per solum
enim Christum omnis, qui credit,
iustificatur, Act. 13. Idem ille Deus,
prater quem non est alius Deus, per
Prophetam diserte dixit: Ego sum,
ego sum Dominus, & non est absq;
me Saluator, ego sum, ego sum ipse,
qui deleo iniquitates tuas propter
me, & peccatorum tuorum non re-
cordabor amplius, Esai. 43. & Ier.
31. A morte redimam eos, Osee 13.
vivent

viuent mortui tui, & cum cadaue-
re resurgent, Esai. 2. & 26.

Huc referenda est visio Pro-
pheta, de ossium aridorū & passim
in campos dispersorum viuifica-
tione & coagmentatione, qua ma-
xime illustris & expressissima ve-
ra corporum nostrorum resurrectio-
nis imago est, Ezech. cap. 37.

In campo Ezechiel videt ossibus ossa coire,
Ossa hominum viuent voce potente Dei.

Iob, quem Patriarcha Iacobi
generum fuisse existimant, inquit:
Scio quod redemptor meus viuit,
& in nouissimo die resurgam, &
renouabuntur denuo ossa mea, &
in carne mea videbo Dominum
meum, Iob, cap. 19. Hanc spem re-
tinet etiam David in morte filioli
sui 1. Reg. 21. Hanc spem retinue-

I

runt

Clemens
Alexandr.

runt etiam septem fratres, cum
propter veritatem atrocissima i-
pſis eſſent ſubeunda ſupplicia, ſi-
cut legitur 2. Maccab. 7. Caro mea
requieſcit in ſpe, ſcilicet reſurrecti-
onis, inquit David Pſalm. 16. Vbi
ſurrectionem illam, de qua loqui-
tur, in Chriſtum primitias dormi-
entium retulit, per quem ad cate-
ros homines derivatur, cum quo ſi
conmortui ſumus, etiam cum eo
convivemus 2. Timoth. 2. Non mo-
riar, ſed vivam, & narrabo opera
Domini, Pſ. 118. Quae Davidis ver-
ba ab Euthymio & plerisque alijs de
reſurrectione intelliguntur. Nobis
toto vitae noſtrae curriculo imitan-
da ſunt veſtigia eorum, quorum
vita nunc abſcondita eſt cum Chri-
ſto

sto in Deo, Coloss. 3. . . Ambulabo coram Domino in terris uiuorum, inquit David Psal. 116. Tu finis hominem mori, & dicis, Reuertimini filij hominum Psalm. 90. Laudabunt Dominum, qui requirunt eum, uiuent corda eorum in seculo seculi Psalm. 22. Necessse igitur ea ex morte resuscitata reuiuiscere, Multi de his, qui obdormierunt in terra puluere, euigilabunt. Dan. 12. Ad quam Danielis Prophetiam respexit Christus, cum inquit: Omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem uitae, qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij Iohan. 5. Habemus Dominum, qui à morte liberat, Psalm. 68.

Superioribus de mortuorum resurrectione testimonijs hac quoque, qua sequuntur, ab homine Christiano coniungantur, nimirum id, quo Christus ipse resurrectionem mortuorum probat, & Exo. 3. extat. Ego sum Deus Abraham, Isaac & Iacob. Deus autem non est Deus mortuorum, sed viuorum. Ergo Abraham, Isaac & Iacob, etiamsi mortui sunt, viuunt. Matth. 22. Marc. 12. Necessesse est igitur Abraham, Isaac & Iacob non tantum potiore sui parte anima, videlicet, superstites viuere, verum etiam corpora ipsorum resuscitari & animabus iungi: Cum enim anima Abrahae proprie loquendo non sit ipse Abraham, sed pars eius, requiritur, ut Deus Abraham sit Deus viuentis scilicet anima

ma & corporis Abrahae. Licet enim
 vita electorum nondum sit in actu:
 tamen Deo iam viuunt, qui suo tem-
 pore sunt resurrecturi. Omnes enim
 illi viuunt Deo, Luc. 20. Et Paulus
 pro suo spiritu diuino hunc articu-
 lum de resurrectione mortuorum
 plene & perspicue tractat & expli-
 cat 1. Cor. 15. quo in loco sedes est
 huius materiae praecipua, & 1. Thes.
 4. De qua resurrectione notandum
 est memorabile dictum August. de
 Ver. Apost. Ser. 34. ubi inquit:
 Qui tibi grana seminum mortua
 & putrefacta viuificat, per qua in
 hoc seculo viuas, multo magis ip-
 sum resuscitabit, ut in aeternum
 viuas.

Augustini
 dictum de
 Resurre-
 ctione.

In nouo Testamento de hac carnis
 resurrectione testimonia sunt pluri-

ma, inter quae praecipue vox Filij
 Dei audienda est, qui sic inquit: Ego
 sum resurrectio & vita, qui credit
 in me, etiamsi mortuus fuerit, vi-
 uet, Et omnis qui uiuit & credit in
 me, non morietur in aeternum Ioh.
 11. Nemo rapiet oues meas ex ma-
 nibus meis Iohan. 10.

Christus ist der Weg/das
 Liecht/ die Pfort/ die Warheit
 vnd das Leben/ des Vaters
 Rath/ vnd ewiges Wort/ den
 er vns hat gegeben/ zu einem
 Schutz/ daß wir mit trutz/ an
 ihn fest sollen glauben/darumb
 vns bald/ kein macht noch Ge-
 walt/ aus seiner Hand wird
 rauben.

Wer hofft in Gote vnd
 dem vertraut/ der wird nicht
 zu

zu schanden / Denn wer auff
 diesen Felsen bawet / ob im gleich
 geht zu handen / viel vnfalls hie /
 hab ich doch nie / den Menschen
 sehen fallē / der sich verlest / auff
 Gottes Trost / Er hilfft sein
 Gleybigen allen: *vt canit Eccle-*
sia germanica, Id est: Christus est
via, lux, porta, veritas & vita,
Patris consilium & eternum Ver-
bum, quem nobis dedit in defen-
sorem, vt intrepide in eum, creda-
mus, & ideo nos nulla vis ex ma-
nu eius rapiet. Qui sperat in
Deum & confidit ei, is nunquam
confundetur. Quia qui super hanc
petram edificat etiamsi multa ad-
uersa patiatur, non tamen vidi ta-
lem derelictum, qui in eum sperat.
Adiuuat enim & liberat omnes
credentes.

Sunt & alia scripturae testimonia de hac resurrectione voce Filij Dei prolata, ut cum inquit: Hac est voluntas eius, qui misit me, ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam aeternam, & ego suscitabo eum in novissimo die, Iob. 6. Item: Veniet hora & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierunt, vivent Iohan. 5. Et ibidem Christus inquit: Amen, Amen dico vobis, qui verba mea audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam aeternam, & in iudicium non venit, sed transijt à morte in vitam. Si quis verbum meum servauerit, id est, firma fide amplexus fuerit, & retinebit, mortem non videbit in aeternum, id est, liber erit à morte & damnatione

tionem aeternam, Iohan. 8. sicut posterius hoc Christi dictum Lutherus pro suo Spiritu egregie aliquoties euoluit, & usum illius ostendit, ut videre est in 8. Tom. Ienensi fol. 333. cum seq. Sic & alibi Christus inquit: Qui credit in me, licet moriatur, uiuet, Iohan. cap. 11. Item: Ego uiuo, & vos uiuetis, Iohan. 14. Item, qui credit in me, habet uitam aeternam, Iohan. cap. 6. non ergo mortem hanc temporalem metuamus. Ut enim Christo mors tanquam capiti non amplius dominabitur: ita nec nobis tanquam eius membris, Roman. cap. 6.

Magni & potentes Domini regia quidem munera donare possunt, sed uitam aeternam dare non possunt, id quod historia de Alexandro

Historia de
Alexandro
Magno.

dro Magnotestatur, qui cum post
triumphū Babylonicum hominibus
petentibus multa regia munera de-
disset, Philosophos vero obiurgasset,
quod illi prorsus nihil ab eo petis-
sent, & tandem aliquid à se pe-
tere serio mandasset illis, Philoso-
phos Alexandro respondisse scribi-
tur: Des nobis Domine Rex im-
mortalitatem. Quaresponione A-
lexander notatus, cum & ipse mor-
talis esset, quod alijs immortalitatē
dare nequeat. Homo Christus autē,
qui est Rex Regum, & Dominus
dominantium corporum & ani-
marum nostrarum medicus, pastor
& princeps, 1. Pet. 5. solus immor-
talitatem dare potest, sicut ipse in-
quit: Oves meae vocem meam au-
diunt, & ego do eis vitam eter-
nam,

nam, Iohan. 10. His Christi promissionibus fidamus, quia solus Christus nos in portum quietis & tranquillitatis beate collocat. Vnus est ein Arzt gegeben / der selber ist das Leben / Christus für uns gestorben / der hat das Heil erworben / ut canit Ecclesia germanica, id est: Nobis datus est medicus, qui est vita ipsa. Christus pro nobis mortuus, salutem eternam solus reparavit. Et Dominus ipse inquit: Ego sum medicus, sive ut vetus translatio habet, sanator tuus, Exod. 15. in fine. Firmiter ergo credendum est, quod resurrectio corporum nostrorum nitatur sola resurrectione corporis Domini nostri Iesu Christi, quia sicut caput nostrum resurrexit: ita & nos mem-

bra corporis eius resurgemus Ephes.
5. Qui suscitavit Iesum, ille & nos
per Iesum suscitabit. 2. Corinth. 4.
Christi resurrectio nostra resurre-
ctionis communis fideiussor est, in-
quit Theodoretus. Solus Christus
morte sua vitam, & resurrectione
sua iustitiam aeternam nobis repa-
ravit. Quia extra Christi nomen
non est aliud nomen, in quo nos o-
porteat salvos fieri. Actor. 4. Qui
hunc Christum habet, ille habet vi-
tam aeternam. Quia Iesus Christus
Dei filius hic est verus Deus & vi-
ta aeterna, ut inquit Ioh. 1 cap. 5. in
fin. Quando ergo Christus vita &
iustitia nostra manifestatus fuerit,
tunc & nos cum illo manifestabi-
mur in gloria, Philip. 3.

Hec & alia scripturae testimo-
nia

nia prodest in conspectu habere,
 quando Diaboli & homines impij
 tibi hanc carnis resurrectionem suis
 argumentis volunt suspectam face-
 re, & cordi tuo instillare, Deum
 non posse facere, ut qui vita functi
 sunt, reuiuiscant, & ex morte re-
 surgant, quemadmodum Plinius⁺
 aperte scriptum reliquit lib. 2. cap.
 7. & lib. 7. cap. 55. ubi liquido
 hanc suae mentis sententiam esse
 fatetur. Ait enim, se illis qui mor-
 tuorum resurrectionem negant, cal-
 culum suum addere. Quod ego de
 Plinio non miror, plus miror de
 Galeno Medico, qui de usu partium⁺
 corporis humani lib. 11. cap. 14.
 scribit. Si Deus velit lapidem re-
 pente facere hominem, eum id ef-
 ficere non posse, contra manifestam

'D E' A R T E

Iohannis Baptista doctrinam, qui
inquit: Quod Deus possit de lapidi-
bus istis suscitare filios Abrahae. Lu.
3. De talibus irrisoribus Tertul. ait
in lib. de resurrect. carnis: Nemo
tam carnaliter vivit, quam qui ne-
gant carnis resurrectionem. Ne-
gantes enim poenam despiciunt &
disciplinam.

Hic mihi venit in mentem
suavis Historia que extat apud
Augustinum de quodam Medi-
co, qui articulum resurrectionis
mortuorum & anime immortali-
tatem in dubium vocabat. Illi dor-
mienti apparet pulcherrimus iuue-
nis, ac familiariter eum alloqui-
tur, & interrogat, num noverit?
Id cum dormiens ille negaret, &
tamen fateretur, quod videret &
audi-

audiret eum. Quomodo, inquit a-
 dolescens, me vides, cum oculi tui
 somno clausi sint? quomodo audis
 me, cum aures tue non sint aperta,
 sed dormias? Quam historiam
 refert Lutherus in Comment. suo
 in Genes. cap. 15. ubi addit illud E-
 piphonema: Disce igitur & crede,
 esse alios oculos spirituales, quibus
 credentes in Christum videant, e-
 tiam si per mortem isti corporis o-
 culi clausi vel potius prorsus extin-
 cti sunt.

In populo Iudaico nullam esse
 resurrectionem mortuorum docue-
 runt Sadducei, Actor. 23. Idem fe-
 cerunt Hymeneus & Philetus 2.
 Timoth. 2. & nostra etate Porphy-
 rius & Policronius. Sic Paulus ab
 Atheniensibus derisus & spermo-
 logus

logus vocatus fuit, cum de resurrectione mortuorum concionaretur Actor. 17. & 24. qui coram praeside Felice testatus est, & iustos & iniustos resurrecturos, id quod etiam apud Festum praesente rege Agrippa & Bernice illius uxore, affirmare non dubitavit Actor. 26.

Diabolo igitur animo tuo tales cogitationes imprimere conante, ac tecum disputare incipiente de articulo resurrectionis mortuorum, & tentante fidem tuam, tuam allegata sacra scriptura testimonia ipsi oppone vera fide, & vinces eum, sicut caput Christus firmis scripturae testimonijs vicit & fugavit eum. Matth. 4. & Luc. 4. Non sinet te Deus tentari supra id, quod ferre potes, sed faciet, ut possis sustinere

re 1. Corinth. 10. quia ipse nouit de
 tentatione eripere te, 2. Pet. 2. Non
 debes auscultare, quid in te loqua-
 tur caro tua, quid humana ratio
 & Satanas. Nihil enim aliud lo-
 quitur, nisi incredulitatem & de-
 sperationem, sed audi quid lo-
 quatur Dominus, qui promittit
 pacem & vitam eternam suis san-
 ctis, ut inquit Chromatius super
 Psalm. 85. occasione istius textus.

Chromatius.

Supradicta Scripturae testi-
 monia de resurrectione Carnis ve-
 ra sunt, quemadmodum Tertul-
 lianus hanc corporum resurrectio-
 nem contra hereticos, Marcionem
 & alios defendit lib. 5. & lib. de
 resurrect. Carnis, ubi docet, quod
 resurrectio mortuorum sit certa fi-
 ducia Christianorum, & ostendit,
 quod

Tertull.

quod totus hic ordo reuelabilis rerum sit evidens & illustre testimonium resurrectionis mortuorum, tandem sic concludens: Cum DEVS initio creauit hominem ex limo terre, etiam cum posse ex puluisculis terra iterum instaurare, cum longe difficilius sit creare que non fuerunt, quam ea reparare que antea fuerunt, ut

Gregori9.

Epiphani9.

scripsit Gregorius in 6. moralium.
Epiphanius in oratione, qua Anchoratus inscribitur, inquit: Veruntamen resurgent, etiam si nolint, & uniuersa creatura palam eos redarguit, singulis diebus speciem resurrectionis ostendens. Occidit enim dies & mortuorum modum innuit per soporem. Exoritur dies nos expergefaciens & resurrectionis signum

signum demonstrans. Decerpuntur
fructus, & status rerum excin-
diur, ita ut hinc nostri discessus
facies restituatur. Seminatur
terra & germinat, quoniam fra-
cta post resurrectionem resurgent.
Locusta moritur, ubi quandam sui
ipsius faturam abiectam in ter-
ra defodit, & post tempus terra
reddit ea, quae defossa sunt. Se-
mina fructuum seruntur, & pri-
mum moriuntur, deinde perfici-
untur. Nisi enim mortua fuerint,
non uiuificantur. Signacula fecit
Deus nobis per ungues decem & de-
cem, qui de resurrectionis nostra
spe testimoniū prebent. Sed & ve-
lut per coronā capilli resurrectionē
nostri declarauit. Nam quod in no-
bis mortuū corpus uidetur, hoc est,
pila

pili singulis vicibus resecti rursus
pullulant, resurrectionis spem in-
dicantes. Et innumera dici possunt
ad incredulorum certitudinem ab
exemplis. Haec tenus Epiphanius.

Eusebius.

Consola-
tiones con-
tra terro-
res mortis,

Literis proditum est, quod
Nero, qui primus ex imperatoribus
Romanis Christianorum supplicijs
se contaminavit, dogma istud Chri-
stianorum plenum consolationis de
mortuorum resurrectione & vita
eterna condemnavit, ut refert Eu-
seb. l. 2. c. 25. cui tamen dogmati
nihilominus omnes Confessores &
Martyres extremo suo spiritu atq;
sanguine testimonium dederunt,
ut in vitam aeternam irent, Matt.
25. Diximus de carnis resurrectio-
ne & testimonijs, superest nunc,
ut de consolationibus contra mor-
tem

tem & terrores mortis etiam aliquid dicamus.

Prima ergo tibi sit consolatio I.
 contra mortem & terrores mortis,
 ut dicere possis: Scio mihi quidem
 moriendum, & corpus meum recon-
 dendum esse in terram, ex qua ini-
 tio sumtum est, Genes. 3. sub fine.
 Econtra etiam scio, corpus meum
 in morte non mansurum, sed ex
 pulueribus terrae resurrecturum Es.
 26. Habeo enim Dominum, qui à
 morte liberat, Psalm. 58.

Non ergo mortem timeo, quia
 Dominus mecum est, sicut inquit
 Propheta: Noli timere, ego tecum
 sum. Esa. 41. & 43. Item: Abstulit
 Dominus iudicia tua, eiecit inimi-
 cos tuos. Dominus in medio tui,
 non timebis malum ultra, Soph. 3.

Nota

Nota sit tibi Angeli vox & con-
 solatio non tantum Pastoribus sed o-
 mnib. hominib. dicentis: Nolite ti-
 mere, quia vobis natus est Salvator
 Christus Lu. 2. In symbolo meae fidei
 confiteor carnis resurrectionē, cum
 dico: Credo carnis resurrectionem.
 Quae symboli verba antiquitas in
 congressibus publicis, elevatis ma-
 nibus, & carne demulcens mon-
 strata non solebat simpliciter re-
 citare. sicut sonant verba: Credo
 carnis resurrectionem, sed addebat
 voculam HVIVS, ut diceret,
 Credo huius carnis resurrectionē,
 significans hanc ipsam carnem re-
 surrecturam, non aliam, ut Cypria-
 nus refert. & Paulus tanquam di-
 gitum in hanc resurrectionem in-
 tendens, inquit: Oportet corrupti-
 bile

bile hoc induere incorruptibilitatem 1. Corinth. 15. Nemo nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus, sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit & revixit, ut & vivis & mortuis dominetur, Rom. 14. Mori mihi lucrum est, quia Christus vita mea est, Philip. 1.

In summa firmiter credere debes, quemadmodum Christus voce sua filiam Iairi Archisynagogi in Capernaum Marc. 8. & unicum filium viduae in Naim Lu. 5. & Lazarum in Bethania Ioh. 11. excitavit, quod ita etiam te in novissimo die sit excitaturus. Quia
opus

opus hoc, quod in his tribus personis adumbravit, illud in toto Ecclesiae corpore in generali restitutione consummabit. Ad vocem enim Christi tunc resurgent omnes Iohan. 5.

II

Secunda & praecipua consolatio est dilectio Dei erga nos, quod filium suum unigenitum pro nobis hominem fieri, pati & mori voluit, ut & nos filios & haeredes vitae aeternae faceret, ista dilectio est fons & arx verae consolationis, non tantum in omnibus arumnis, sed & morte ipsa, ut sciamus, nos ab eo diligi, recipi & exaudiri, & aeterna salute propter hunc filium mediatorem donari, sicut inquit Iohannes: In hoc apparuit dilectio Dei erga nos, non quod nos dilexerimus

rimus eum, sed quod ipse dilexit nos & misit filium suum unigenitum in mundum, ut esset propitiatio pro peccatis nostris, & ut per eum uiueremus, 1. Iohan. 4. Gratis dilexit nos in filio dilecto, antequam fundamenta mundi iacerentur, Ephes. 1.

Semper ergo in conspectu nobis esse debet plenum illud consolationis dictum: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam Iohan. 3. O admirabilem & ineffabilem dilectionem Dei, quam nullius hominis cor capere potest! Nullus pater terrestris daret filium suum pro delicto alterius, sicut fecit Pater noster caelestis, qui pro

K peccato

peccato totius mundi tradidit filium suum, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam. Ut servum redimat, non parcat filio, inquit Bernhard. Longe ergo alia ratio est dilectionis Dei, quam hominis, sicut Deus ipse per Prophetam inquit: Ego Deus sum, & non homo, Osee cap. 11. Deus qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donaret, inquit Paulus Rom. 8. Diligitur à Deo homo. Quomodo enim non diligatur, propter quem unigenitus ex sinu patris demittitur, inquit Clemens Alexandr. Hunc amorem & dilectionem in Deo erga genus humanum semper pia quotidianaq; meditatione,

tanquam sigillo cordibus nostris
imprimamus, ad quod nos sogyāi
omnibus innatae non parum com-
moueant, quae sicuti in naturis pra-
stantioribus etiam magis sunt ex-
presse, evidentioribusq; se conspici-
undas praebent documentis: ita con-
sentaneum est, illas in Deo multo
vehementiores & ardentiores esse,
cum nemo negauerit, causam suo
effectu praestantiorem esse. Ex quo
conuincitur sogyāe, tanto arden-
tiores esse in Deo, quanto ipse est o-
mnibus alijs naturis à se conditis
praestantior, sicut inquit per Pro-
phetam: Nunquid obliuisci potest
mater infantem suum, ut non mi-
sereatur filij uteri sui, & si illa obli-
ta fuerit, ego tamen non obliuiscar
tui Esai. cap. 49. Hanc ergo dile-

Augustini
exclamatio de dilectione
Dei erga
homines.

Etionem Dei omnibus suis numeris
absolutam nobis applicemus, &
quotidiana precatatione eius agnitio-
nem, & Spiritus sancti illumina-
tionem à Deo petamus, cum Au-
gustino exclamantes: Vide quam
ineffabilis sit diuinae charitatis erga
nos dilectio, de nihilo nos creauit,
& quicquid habemus, donauit,
Sed quia plus dileximus datum
quam datorem, creaturam, quam
Creatorem, incidimus in laqueum
Diaboli, & facti sumus eius ser-
ui. Deus verò misericordia motus
misit etiam Spiritum sanctum, in
quo seruos adoptaret in filios. Filium
dedit in precium redemptionis, Spi-
ritum sanctum in priuilegium a-
moris, se deniq; totum seruat in he-
reditate adoptionis. Ita Deus ut
pys-

piissimus & misericordissimus pro
 desiderio & amore hominis, non
 solum sua, verum etiam seipsum
 impendit, ut hominem recupera-
 ret, non tam sibi quam homini ipsi.
 Ut homines ex Deo nascerentur,
 primo ex ipsis natus est Deus. Quis
 est tam durus, quem non emolliat
 amor Dei, sic hominem praeueniens,
 tanquam vehemens amor, quod ho-
 mo propter hominem dignatus est
 fieri? Dilige ergo illum, à quo tan-
 tum dilectus es. Ama amatorem
 tuum, à quo amaris. Haec tenus August.

Hac dulcissima charitas aeternae
 vitae ac gloriae divinae certo nobis do-
 nanda argumentum est, quo nullum
 illustrius. Elegit nos Deus ad vi-
 tam sternam in Christo, antequam
 fundamenta mundi iacerentur,

R 3

Eph.

DE ARTE

Epiphanius,

Georgius
Fabricius
de vita æter-
terna.
Vita æter-
na.

Eph. 1. Sic et Christus inquit:
Venite benedicti patris mei, possi-
dete regnum paratum vobis, ante-
quam fundamenta mundi iaceren-
tur Matt. 25. Hanc æternam vitam
credimus, sicut in symbolo fidei no-
stra confitemur. Tace tu Babylon,
& tu Sodoma os compesce, quia ar-
ticulus Credo vitam æternam mihi
satis clarus est, inquit Epiph. epist.
323. Quam æternam vitam ostendit
Deus in Enocho Gen. 5. Elia 2. Reg.
2. & proprio suo filio iuxta versum.
Vita pijs restat cœlestis, testis Elias
Testis Enoch, testis filius ipse Dei.

Hæc æterna vita erit Sabba-
thum ex Sabbatho Heb. 4. & per-
petuus dies festus, quando Deum in
secula seculorum laudabimus, sicut
Psalm. 84. scriptum est: Beati qui
habi-

habitant in domo tua Domine, in
secula seculorum laudabunt te. Vbi
Augustin. hac verba addit: Totum
negotium beatorum in vita aeterna
erit sine defectu, Halleluia, ubi ca-
nemus canticum novum: Sanctus,
sanctus, sanctus Dominus Apoca-
lyps. capit. 4. & 14. & 15. cum
similibus. Erit tunc annus Iu-
bileus, qui aeternam liberationem a
servitute peccati & mortis adum-
brat, sicut typus ostendit Levit. 25.
Et non solum nos Deo in omni aeter-
nitate gloriam tribuemus, sed
Deus, qui erit omnia in omnibus,
vicissim nos etiam gloria aeterna
ornabit, videlicet luce, sapientia,
iustitia, vita & letitia aeterna,
communicatione sui ipsius nos sibi
similes & conformes facturis.

R 4 quam

quam gloriam in illa aeterna vita
 perfectè consequemur. Aequum
 est ergo, ut pro hac Dei immensa
 & inenarrabili dilectione nos erga
 ipsum vicissim grati simus, eum
 diligamus, & Filij eius sanguinè
 pro peccatis nostris effusum, pedi-
 bus non conculcemus, sed agnosca-
 mus & credamus, quod sanguis
 Iesu Christi emundet nos ab omni
 peccato, ut inquit Iohannes in sua
 Epist. 1. cap. 1. Qui dilexit nos,
 & lauit nos à peccatis nostris in
 sanguine suo Apocalyps. 1. & Act.
 20. Magnum est, quod peccata no-
 bis remissa sunt, sed maius est,
 quod per sanguinem Dominicum
 remissa sunt, inquit Chrysostomus.
 Donum ergo Dei vita aeterna est
 per Christum Dominum nostrum,
 Roman. 6. Quod

Chrysof.

Quod si Deus hominem redemisset solo verbo, Diabolus potuisset conqueri, Deum magis usum esse dominica potestate, quam iustitiae aequitate ait Beda in li. suarum Beda. quest. quest. 15. Pro hac dilectione tua, mi Deus, tibi gratias ago, & te oro, da mihi, ut desiderem te, ut amem te, quantum debeo. Tu, o Deus, doce me querere te, & ostende te quarenti, quia nec querere te possum, nisi doceas tu, nec inuenire, nisi te ostendas, queram te desiderando, desiderem te querendo, inueniam te amando, amem te inueniendo. Eia Domine moriar, ut te videam, mori desidero, ut videam Christum filium tuum salutare meum, viuere, quem admodum pluribus verbis preca-

K 5 tur

tur idem Augustinus in Manuali
suo cap. 3.

Hac consolatio de dilectione
Dei & amore erga nos, quod filium
suum unigenitum pro nobis hominē
fieri, pati & mori voluit, ut nos Dei
filios & heredes vitæ æternæ effi-
ceret, firma fide amplectenda est.

Qui enim proprio Filio non peper-
cit, sed pro nobis omnib. tradidit il-
lum, quomodo non omnia nobis cum
eo donasset? Quis nos auellet ab ista
Dei dilectione? Certo credo, quod
neq. mors, neq. vita, neq. vlla cre-
atura, separare nos possit à dilectio-
ne, qua nos diligit Deus propter fi-
lium suum Dominum nostrum Ie-
sum Christum, Tom. 8.

Hanc Dei inenarrabilem dile-
ctionē, quod non pepercit Filio suo,
sed

sed pro nobis omnibus tradidit illum, cordibus nostris tāquam sigillo imprimamus. Hac enim dilectione commendat DEVS charitatem suam erga nos, quoniam si cum peccatores adhuc essemus, Christus, pro nobis mortuus est, multo igitur magis iustificati nunc sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum, Rom. 5. Et vicissim eum diligamus, qui prior dilexit nos 1. Iohan. 4. Et in filium eius unicum Dominum et redemptorem nostrum Iesum Christum pro nobis crucifixum, mortuum et resuscitatum oculos defigamus, et aduersus legem damnantem, mortem, peccatum et infernum per eum consolemur nos, letitia exultantes insurgamus hac freti consolatione,

K 6

illud

illud chirographum, quod aduersus nos erat, è medio sublatum esse. Habebat Diabolus aduersus naturam nostram chirographum, maledictionem legis diuine transgressoribus debitam, Et priscam Dei sententiam, qua aduersus primum hominem iustissime fuerat prolata, in qua genus humanum vniuersaliter condemnatum fuit. Hoc chirographum in cruce transfixum Saluator Christus deleuit, inquit Cyrillus quemadmodum testatur Epist. ad Coloss. cap. 2. Sumus ergo per Deum liberati à maledictione legis, Galat. 3.

Cyrillus.

Athanas.

Quemadmodum crabrones volantes contra lapidem amittunt aculeos suos, ut nulli amplius nocere possint: sic hostes nostri, Diabolus,

lus, peccatum, mors & infernus amiserunt aculeum & virus suum, propterea quod in eum tanquam petram & lapidem angularem impegerint, ut pulchre scriptum reliquit Athanasius. Mors nobis obesse non potest, quia ille per mortem suam aboleuit eum, qui mortis habebat imperium Heb. 2. Absorpta est mors per eum in victoriam. Deo igitur gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum, contra mortem, peccatum, Diabolum & infernum, quam victoriam Deus non pro se retinuit, sed nobis eam dedit per Christum Dominum nostrum, ut docet Paulus 1. Cor. 15. Quare sicut Gedeon parua manu, trecentis militibus tantum, ingentem Midianitarum

exercitum fudit, non gladio aut vi
 aliqua, sed tantum edito tubarum
 fonitu, Iud. 7. Sic peccatum, mors,
 infernus cum omnibus suis viribus
 funduntur & superantur sola tuba
 verbi diuini & oratione, si in fide
 fiant, per quam salutem animarum
 nostrarum reportamus 1. Pet. 1. Et
 sicut Eliseus amaritudinē pulmentī
 ex agresti colocynthide cocti, dolci
 farina miscuit, ita ut mors non am-
 plius gustaretur in olla, 4. Re. 4. ita
 Christus amaritudinem mortis suo
 verbo tanquam dolci melle miscuit
 Psalm. 19. ut typus ostendit Exod.
 15. sub fin. quod credentes in eum
 mortem non sine gustaturi Ioh. 8.
 Sed quemadmodum personatos
 non expauescimus, quando lar-
 vam deposuerunt: sic nec peccatum
 expa-

expauesceremus amplius, quia idem
ille Christus peccata nostra sustulit,
& ea pertulit in corpore suo super
lignum, 1. Pet. 2. Sic cum corru-
ptibile hoc induerit incorruptibili-
tatem & mortale hoc induerit
immortalitatem, mortem tunc
amplius non metuemus, sed illi di-
cemus: Vbi nunc est mors aculeus
tuus 1. Corinth. 15. Quia Christus
ipse est agnus ille Dei, qui pecca-
ta mundi sustulit, Iohan. 1. cuius
sanguis emundat nos ab omni pec-
cato 1. Iohan. 1. ut niue candidiores
simus Psalm. 51. Dolores nostros
ipse tulit, pœna super eum, ut nos
pacem haberemus Esai. 53. Eum
qui non nouerat peccatum, pro no-
bis peccatum fecit, ut nos efficere-
mur iustitia Dei in ipso 2. Corinth.
5. in fine. Quia

DE ARTE

Quia autem misericors Deus
omnium nostrum peccata in filium
suum coniecit, certe qui iustus Deus
est, non exiger duplicem solutio-
nem uno modo à Filio suo, & al-
tero à nobis, quia solus filius pre-
cium redemptionis perfecte pro
nobis morte sua in cruce persoluit,
cum clamaret: Consummatum
est. Ioh. 19. Per Christum qui ipse
infernum sua resurrectione fregit,
Ose. e 13. habemus remissionem pec-
catorum nostrorum Eph. 1. Si quis pec-
caverit, habemus advocatum apud
Patrem Iesum Christum iustum, &
ipse est propitiatio pro peccatis no-
stris, non pro nostris autem tantum,
sed etiam pro totius mundi. 1. Ioh.
2 Certus sermo est, & dignus, qui o-
mnib. modis accipiatur, quod Chri-
stus

Iesus venit in hunc mundum
peccatores saluos facere, quorū pri-
mus ego sum, 1. Tim. 1. Filius homi-
nis Iesus Christus venit saluare,
quod perierat, Mat. 18. Huic omnes
Propheta testimonium perhibent,
quod remissionem peccatorum acci-
pian per nomē eius omnes, qui cre-
dunt in eum Act. 10. Et per Prophe-
tam inquit Dominus: Si fuerint
peccata vestra ut coccinū, quasi nix
dealbabuntur, & si fuerint rubra
quasi vermiculus, velut lana alba
erunt Es. 1. His & alijs scripturae te-
stimonijs credamus, & ut tentatio-
nes, terrores & dolores mortis vin-
cere possimus, dicamus cum Dauide:
Circumdederūt me dolores mortis,
& anxietates inferni inuenerunt
me. O Domine libera animam meā.

Cor

Cor meum proponit sibi verbum tu-
 um: Faciem meam requirite. Fa-
 ciem tuam Domine requiro. Ne a-
 uertas faciem tuam à me, adiutor
 meus esto, ne derelinquas me, ne-
 que deseras me, Deus salutis mea.
 Quoniam Pater meus & mater
 mea dereliquerunt me in morte
 & omnibus tribulationibus, eru-
 mnis & miseris, tu autem as-
 sumisti me, id est, tu adfuisti
 mihi in omnibus calamitatibus,
 ne malorum illiade oppressus ani-
 mum desponderim. Benefac Do-
 mine anima mea, ut reuertatur
 in requiem suam (sicut Babylas
 Martyr ad supplicium ductus di-
 xisse legitur) ut ambulare possim
 coram te in regione viuorum, Psal.
 27. & 116.

Tertis

I I R.

Tertia consolatio tua sit ista, ut scias Christum propter te & propter salutem tuam de caelo descendisse, & pro te mortuum, sepultum & resuscitatum esse, & tua peccata in sepulchro suo reliquisse & sepelisse. Per mortem enim, sepulturam & resurrectionem suam delcuit illud chirographum, quod contra te erat Coloss. 2. quare peccatorum tuorum non recordabitur amplius. Ierem. 31. quia tempore passionis suae flagellatus texit ea vivus sua chlamide coccinea Matth. 27. mortuus vero sepulchro suo glorioso Esai. 53. Beati autem, quorum recta sunt peccata, Psalm. 32. Christus sustulit peccata, & per ruptor mortem vicit, propter quem Deus proiecit omnia peccata tua in profun-

funditates maris, ut amplius reuiuiscere, & tibi obesse non possint, sed perpetuo pro emortuis & sepultis peccatis haberi debeant, Mich. cap. 2. & ult. in fine. Ipse Diabolum principem huius mundi eiecit foras, Iohann. 12. & socios eius in Tartarum tradidit cruciandos in iudiciũ reseruari, 2. Pet. 2. Horum beneficiorum eius noli obliuisci, quia miserator & misericors Dominus non secundum peccata nostra fecit nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis, quoniã sicut altius est cœlum supra terram, sic preualere fecit misericordiam suam super timentes eum. Quantum distat ortus ab Occidente, tam longe fecit à nobis iniquitates nostras, quoniam ipse cognouit figmentum

tum nostrum, recordatus est, quod
 pulvis sumus &c. Psalm 103. Hæc
 misericordia Dei, est pretioso Chri-
 sti merito erigit & sustentat se,
 Gregorius Nazian. abiecta omni-
 um operum suorum fiducia, dum
 inquit:

οὐ νόμος σου δεκάτα μ' οὐκ ἔργα-
 τα καλὰ σώσει.
 σὴ δὲ χάρις, σὸς δ' οἶκτος ἔμοι σώ-
 ξειε βεβίλω,
 ἢ μὲν μόνη δειλοῖσιν ἄναξ πόρρε ἐλ-
 πίδ' ἀλιτροῖς.

Id est:

*In decimis aut lege meam non quero sa-
 lutem.*

*Nec mihi spem fallax operum fiducia cæli
 vlla facit, nisi me foueat tua gratia sola,
 Atq; tui sanet mea vulnera stilla cruoris,
 Que mihi, que cunctis spes peccatoribus
 vna est.*

Quarta

IIII.

Quarta consolatio tua sit, quod per mortem consequaris dulcem somnum, sicut Christus de mortuo Lazaro testatur, cum inquit: Lazarus amicus noster dormit, Iohan. 10. Et de primatis filia mortua Matth. cap. 9. Et Paulus mortuos dormire ait: 1. Thessal. 4. Et Dominus ad Moysen ait: Veniet tempus tuum, & morieris, & dormies cum patribus tuis, Deuteron. 31. Et David inquit: Caro mea requiescet in spe, scilicet resurrectionis, secunda ab aeterna corruptione Psalm. 16. Quem spem D. Augustinus sibi applicare didicit, cum inquit: Totius fiducie nostrae spes posita est in Christi morte & resurrectione, & precioso eius sanguine. Cum autem mors sit somnus tan-

tantum merito eam expauescere non debes, cum scias, te non moriturum, sed in illo somno victurum, sicut David inquit: Non moriar, sed viuam, & opera Domini annuntiabo, Psalm. 118. Corpus tuum quiescit in sepulchro, & anima tua viuet in caelo usq; ad extremum diem, ubi cum corpore & anima eris apud Dominum semper Thessal. cap. 4. Quando ergo sentis adesse finem vite tue, tunc intra in cubiculum tuum, & claude ostium post te, Esai. 26. & collige pedes tuos super lectulum vel stratum tuum, & ora Deum, ut possis obdormire, sicut Patriarcha Iacob obdormiuit, Genes. cap. 49. in fine.

Quinta

V.

Quinta tua consolatio sit, etiam si corpus tuum initio ex limo terra formatum sit mortale, atq; ideo in terram reuertendum, Genes. 2. & 3. cap. Quod tamen anima tua mortalis non sit, & in terra cum corpore mansura, sicut multis argumentis nititur confirmare Lucretius lib. 3. Et palam defendit Plinius lib. 7. cap. 55. Sed haec est immota veritas, quod puluis in terram redit unde erat, spiritus vero reuertitur ad DEVM qui dedit illum, ut inquit Ecclesiast. cap. 12: Sic & mater Martyrum Maccabaeorum ait: Neq; enim ego Spiritum & animam donavi vobis, nec singulis vobis vultus & membra formavi, sed DEVS qui fecit mundum, & omnia quae in eo sunt, fecitq;

Lucretius.
Plinius.

cit q̄ hominum genus, & omnium
inquiri actum ipse vobis spiritum
& animam reddet cum magna
misericordia. 2. Maccab. 7. Hanc
anima immortalitatem Christus
ipse testatur, sic inquit: Nolite
timere eos, qui occidunt corpus, ani-
mam autem occidere non possunt,
Matth, 10. Item ad Latronem con-
uersum in cruce ait: Hodie me-
cum eris in Paradiso, Lu. 23. Quod
si discedens à corpore mortuo, ani-
ma una interieret, non posset cum
Christo esse in Paradiso siue vita
aeterna. At Christus in aeternum
viuit. Ergo etiam anima tua cum
ipso in omni aeternitate viuet.

De mortua filia Iairi scribi-
tur, quod ad vocem Christi reuer-
sus sit eius Spiritus Luc. 8. Certè

L

si

si omnino interemptus vel extin-
ctus fuisset spiritus eius, non potu-
isset reuerri. Sic & spiritus mortui
pueri quem Elias resuscitavit, re-
uersus legitur, 1. Reg. 17.

Opinio-
nes Ethni-
corum de
animæ im-
mortalita-
te, ut:
Plato.
Aristot.
Ciceronis.

David
Chytræ.

His & multis alijs verbi di-
uini testimonijs manifestè proba-
tur animam esse immortalem,
quod etiam saniorum Philosophorū
opinionibus apud Ethnicos testantur:
ut sunt Platonis de Repub. lib. 10.
Aristot. de anima lib. 2. Ciceronis
in Tuscul. quest. 1. Et Catone Ma-
iore cum similibus. Quarum di-
sputationum summam & argumen-
ta accurratè collegit & doctè expli-
cauit David Chytræus in altera par-
te sui libelli de Morte & vita ster-
na Titul. De animæ immortalita-
te mihi fol. 18. cum sequentibus.

In hac firma consolatione animam tuam esse immortalem indubitata fide usq; ad extremum spiritum permaneat & non sis sollicitus, quò illa post mortem tuam itura sit, sicut Aelius Adrianus Aelius A
Adrianus. Imperator dubitasse scribitur, qui moriens hosce versiculos recitasse legitur:

Animula, vagula, blandula,
Hospes comesq; corporis,
Quæ nunc abibis in loca?
Pallidula, rigida, nudula,
Nec ut soles, dabis iocos.

Erit enim anima tuae domus celum ipsum, ubi sedet Christus ad dexteram sui patris, ibi etiam anima tua erit, & cum ipso in omni æternitate viuet, sicut in agone pro nobis omnibus & animabus

L 2 nostris

nostris precatus est ipse, quando
 dixit: Pater volo ut ubi ego sum,
 & illi sint mecum, ut videant glo-
 riam meam, Iohan. 17. Sanè non
 est ullus ulli medius locus, ubi pos-
 sit esse, (excepto Diabolo) qui non
 est cum Christo inquit Augustinus
 de peccatis meritis & remissis lib.
 1. cap. 28. Et de Civitate Dei lib.
 21. cap. 25. Noli ergo tecum dispu-
 tare, an in purgatorium ventura
 sit anima tua, in quo purgatorio
 fingunt animas tandu igne torren-
 das, donec superstites macule aut
 sordes peccatorum exurant, De
 quo est textus in Decreto in cap.
 Qualis distinctio 25. Plato in Phæ-
 done eodem modo describit purga-
 torium, quo Pontificij, Quem secu-
 tus est Virgil. in 6. AEncidos, ubi
 sic inquit: Non

Augustinus.

Plato in
Phædone
de purgat:

Virgilius.

Non tamen omne malum miseris, nec
funditus omnes

Corporea excedunt pestes, penitusq; ne-
cesse est.

Multa diu concreta modis inolescere mis-
ris

Ergo exercentur poenis, veterumq; ma-
lorum

supplicia expendunt, alia sub gurgite
vasto

Infectum eluiter scelus, aut exurit igni.

Quisq; suos patimur manus, &c.
cum sequentibus.

Magna ex parte confirmatus est

hic Ethnicus de purgatorio error:

quod notum ex Greg. Magno qui

fons & autor fabularum de igni

purgatorio fuit ubi de Deconomo in-

quit, vide reliqua in loco citato.

Item Origenes qui prima semina

purgatorij in Ecclesiam Christia-

Gregorius
Magnus
primus
huius no-
minis.

Origenes.

nam sparsisse scribitur. Tu vero scias omnia que de purgatorio leguntur & dicuntur prorsus esse commentitia, etiamsi opinio de igne purgatorio superioribus seculis à multis recepta sit. Non enim ex verbo DEI purgatorium firmum fundamentum habet. Quod autem sine autoritate sacre scripturae dicitur, id eadem facilitate contemnitur, qua recipitur, ut Hieronymus dixit. Sacra scriptura testatur quod solus sua passione & morte pro omnibus peccatis tuis, quoad culpam & penam externam, plenè & integrè satisfecerit, Heb. 10. & quod tu ipsius sanguine ab omni peccato sis mundatus, 1. Ioh. 1. cap. ipse punitus est, ut tu pacem haberes, Esai. 53. Cum ergò solus
Christus.

Purgatorium in sacris literis nullum fundamentum habet.

Hieron,

Christus iam satisfecit pro tuis peccatis, tu aliam & meliorem satisfactionem querere nec debes nec potes, Sed dicas cum Psal. 115. Eripuit animam meam à morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu, ambulabo coram Domino in regione viuorum, ubi cælum nouum & terra noua erunt, 2. Pet. 3. & præclare Paul. 1. Corinth. 15. quibus verbis nos mutuo consolari monet. Idem Paulus 1. Thessalon. 4. Obdormias ergo placide in Christo, qui est vita & resurrectio tua Ioh. 11. cap.

Non enim potest anima à corpore separata in his regionibus errare, inquit Chrysostomus in Matthe. cap. 9. Homil. 29. Et Augustinus in concione de Lazaro:

Animas defunctorum non posse in his terris errare.

Chrysostr.

Augustinus

L. 4

Appel-

DE ARTE

Appellat tales apparitiones portenta
fallacium Spirituum. Iustorum e-
nim anima in manu Dei sunt.
Sap. 3. Cum ergo anima tua post
emigrationem ex mortali tuo cor-
pore in manu DEI sit, non est quod
de statu illius tu sis amplius sollici-
tus quam commendasti Domino in
manus suas, ex cuius manibus ne-
mo cum rapere poterit, sicut inquit
Christus Iohan. cap. 10.

VI.

Sexta & postrema tua conso-
latio sit, quod Deus, qui non men-
tuur, spem vite aeterna promiserit
tibi ante tempora mundi, ut in-
quit Paulus ad Titum cap. 1. &
quod ille possit & velit te mortuum
ad vitam aeternam excitare, sicut
inquit David: Deus est nobis Deus
ad salvandum, & Dominus est
Domi-

Dominus educens ex morte Pjal.
68. in quibus verbis obdormisse
scribitur Lutherus in patria sua is-
lebia, Anno etatis sue 63. 18. Fe-
bruarij. Anno Christi 1546.

Ad quam consolationem ac-
cedit, quod Dei gratia gratis per
redemptionem, quæ est in Christo
Iesu filio eius redemptus & vita æ-
terna donatus sis, Roman. 3. & 6.
in fine. Vitam æternam dedit tibi
Deus, & hæc vita in filio eius est.
Qui habet filium, habet vitam,
qui non habet filium Dei, vitam
non habet, inquit Iohan. 1. cap. 5.

Hæc autem est vita æterna,
ut cognoscas hunc solum verum
Deum & Iesum Christum, quem
ille misit, Iohan. 17. Hunc Iesum
Christum in hora mortis tuæ invo-

DE ARTE

ca, ut te propter nomen suum participem vitæ æternæ facere velit. Non enim datum est aliud nomen sub cælo, per quod possis saluus fieri, & vitæ æternæ frui, Act. 4. Solus Christus dat vitam æternam, sicut inquit: Ego vitam æternam do eis, Iohan. 10. Qui credit in hunc filium Dei Iesum Christum, ille habet vitam æternam, qui autem non credit in filium, vitæ æternam non videbit Iohan. 3. in fine. Hæc est promissio, quæ ipse pollicitus est nobis VITAM ÆTERNAM. I. Iohan. 2. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. In hunc ergo Iesum Christum credas, & ei animam tuam commendes & ut beneficiorum eius
me-

meminisse, & infirmam memo-
 riam tuam subinde beneficijs eius
 consolari possis, prodest in conspectu
 habere imaginem Christi crucifixi,
 non superstitiosè tamen, quate ad-
 moneat, quod ille in cruce pen-
 dens, signum sit triumphale, si-
 gnum victoriae, & signum gloria Bernhardus
 æternæ, quia tibi ille pugnavit, vi-
 cit, paravit triumphum & vitam
 æternam, tantum ut huc intentos
 & vigilantes habeas oculos fidei, ut
 Bernhardus inquit. Hoc ipsum
 monet etiam Augustinus de vir-
 ginitate, cum ait: Inspice vulne-
 ra Christi in cruce pendentis, san-
 guinem, morientis, precium re-
 dimentis cicatrices resurgentis.
 Caput habet inclinatum ad oscu-
 landum: Cor apertum ad dili-
 gendum:

gendum: Manos extensas ad amplectendum. Totum corpus expositum ad redimendum.

Hanc vitam aeternam certo futuram firmiter credas, & in ea obdormias, sicut in symbolo fidei tuae confiteris, cum dicis: Credo VITAM AETERNAM, ubi erit tale & tantum gaudium, ut tibi mille anni non tam longi videantur, quam in hac vita terrestri dies una, sicut Petrus testatur 2. Pet. 3. Experieris enim ibi gaudia, quae oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, Esai. 64. & 1. Corinth. 2. Quorum gaudiorum vita aeterna, ut tu & ego cum omnibus Christi fidelibus participes fieri queamus, precemur Deum omnium misericordiarum

Pa-

Patrem, & Filium eius Iesum
Christum una cum Spiritu sancto
suo, ut ea clementer nobis impar-
tiri & communicare velet, cui de-
betur honor, laus & imperium in
omnem aeternitatem, Amen.

PRECATIO AN- TE TEMPUS MORTIS

RECITANDA.

Ad Deum Patrem.

ATerne Pater coelestis, qui
cum Filio tuo coaeterno
& Spiritu sancto hominē
ex limo terrae creasti, & constitu-
isti ipsi vitae suae terminum, quem
transire non potest. Ecce ego in-
firma creatura tua sentio prope-
diem elapsam esse curriculum vi-
tae meae. Quapropter tibi Crea-
tori

DE ARTE

tori meo, qui mihi corpus & animam dedisti, & me à iuuentute mea pauisti, & clementer in agnitione Verbi tui conseruasti usque in hunc diem, gratias ago pro his & omnibus alijs tuis beneficijs in me collatis, qui minor sum omnibus miserationibus tuis, & te oro, vt etiam in senectâ & canicie mea, cum defecerit virtus mea, me non derelinquas, sed in die nouissimo tecum viuere finas, in luce illa beata & æterna, in qua tu habitas cum filio tuo coæterno & Spiritu sancto, & omnibus sanctis Angelis tuis & electis, laudandus & celebrandus Deus per omnia secula seculorum, Amen.



Ad

Ad Deum Filium.

Qui me seruasti puerum, inuenemq³ vi-
rumq³
Effetum serua nunc quoque Christe
senem.

O Iesu Fili Dei, tu misere-
re mei, Qui dixisti: Qui
credit in me, etiamsi mortu-
us fuerit, viuet, Ego in te cre-
do, sed languide. Adauge er-
go mihi tu fidem meam, vt
ex pauoribus & terroribus
peccati & mortis eluctatus,
in te redemptorem meum pla-
cide obdormire, & resusci-
tatus tecum in reg-
no tuo viuere
possim.

Am.

Ad

DE ARTE BEN. MOR.

Ad Deum Spiritum
Sanctum.

Spiritus Sancte Deus, sine
quo preces nostræ cassæ
sunt & irritæ, Te precor, ô
Consolator vnice, adesto mi-
hi in hora mortis meæ, Ani-
meam in patrocinium tuum
contra Satanam, suscipe &
fac me tecum viuere.

*O sancta Trinitas, & eterna vnitas,
In hora mortis me meæ ne deseras.*

FINIS.



INDEX

INDEX.

INDEX, AVTORES
IN HOC ENCHIRIDIO CI-
TATOS, CVM REBVS ET VER-
bis memorabilibus secundum or-
dinem alphabeti
subijciens.

Numerus Pagellam denotat.

A.

A Brahami etas	I	earum statu ante	
A ELIANUS	IO	diem extremū. ibid.	
A ELIUS ADRIANUS mo- riens dubitavit de anima receptaculo	120	Annus iubilens typus vi- tae aeternae	110
A LCINI versus	67	A RNOBIUS	25
A MBROSIUS 14. 33. 34.	53	A RS bene moriendi diso- citur ope Spiritus sancti	I
A NAXAGORE opinio	94	A THANASIUS simile	112
A NIMAE conseruantur in manu Dei 119. non quaerendum de		A UGUSTINUS 2. 5. 9. 12. 23. 24. 31. 33. 34. 48. 49. 51. 54. 55. 58. 60. 62. 65. 67. 68. 69.	
			71

INDEX.

<p>71. 73. 74. 77. 79. 81. 90. 92. 97. 110. 111. 117.</p> <p><i>Augustin. consolatio ad viduam Italicā</i> 69</p> <p><i>Augustini locus de col- latione vite tempo- ralis & celestis</i> 79</p> <p><i>Augustini dictum me- morabile de resur- rectione</i> 96</p> <p><i>Augustini exclamatio de dilectione Dei er- ga homines</i> 108</p> <p><i>Augustini responsio ad irrisores gaudiorum caelestium</i> 61.</p> <p style="text-align: center;">B.</p> <p><i>Babyle Martyris vox</i> 115</p> <p><i>Basilius</i> 12. 20. 74.</p> <p><i>Beda</i> 67. 73. 94. 111.</p> <p><i>Bernhardus.</i> 5. 12. 18.</p>	<p>22. 24. 31. 53. 59. 62. 67. 73. 85. 87.</p> <p style="text-align: center;">C.</p> <p><i>Canon Nicenus</i> 30</p> <p><i>Carolus V. quo tem- pore & quibus vero- bis obdormierit</i> 35</p> <p><i>Chromatius</i> 103</p> <p><i>Chrysostomus</i> 5. 11. 12. 14. 33. 34. 49. 66. 75. 84. 89. 100.</p> <p><i>Chrysippi dictum</i> 10</p> <p><i>Cicero</i> 51. 65. 83. 86.</p> <p><i>Clemens Alexandrinus</i> 19. 34. 95.</p> <p><i>Cælum unde dictū</i> 56. nouum 59.</p> <p><i>Cæna Domini cur sæ- pius utendum</i> 29. 31. <i>resurrectionis nostre symbolū</i> 30. <i>ἐφ' ὅσον</i> a veteri- bus dicta 32.</p> <p style="text-align: right;">Cena</p>
---	--

INDEX.

<p>Conscientia bona & mala 28</p> <p>Consolationes contra terrores mortis ex verbo Dei petenda 93. quae sint 94. 104. 106. 116. 117.</p> <p>Crapula fugienda 10</p> <p>Cyprianus 9. 45. 61. 74. 87. 105.</p> <p>Cyrillus 24. 33. 68.</p> <p style="text-align: center;">D.</p> <p>Deus ornabit nos gloria aeterna 100. non exiget duplicem solutionem pro peccatis 114</p> <p>Diaboli tentationibus occurrendum scripturae testimonijs 102</p> <p>Dilectio Dei erga nos ineffabilis 108. semper consideranda 107</p>	<p>est argumentum vitae aeternae nobis certo donanda 109. amplectenda fide 111.</p> <p style="text-align: center;">E.</p> <p>Ebrietas fugienda 11. traxit homines iustos ad stuprum 12</p> <p>Epitaphium cuiusdam ebriosi 11</p> <p>Hieron. Aloand. 55</p> <p>Epicuri cantilena 33</p> <p>Epiphanius 103. 109.</p> <p>Eubuli locus 13</p> <p>Euripides 49</p> <p>Eusebius 104</p> <p>Euthymius 95</p> <p style="text-align: center;">F.</p> <p>Francisc. Petrarch. 81</p> <p>Friderici tertij Imp. a popht hegma 3</p> <p style="text-align: center;">G.</p> <p>Galenii error 101</p> <p style="text-align: right;">Gaudia:</p>
--	---

INDEX.

<i>Gaudia vitæ æternæ</i>	<i>Magno</i>	99
60. 63. 64. <i>erunt</i>	<i>Homerus</i>	48
<i>perpetua</i> 61. <i>mun-</i>	<i>Horatius</i>	3. 8
<i>dana sunt</i> γλυκύα	<i>Hymeneus negavit re-</i>	
πικρά	<i>surrectionem mor-</i>	
52	<i>tuum</i>	102
<i>Gehennæ vocabulū vn-</i>		
<i>de ortum</i>		88
<i>Gellius</i>		10
<i>Gerson</i> 76. 86.		
<i>Georg. Fabritius de vi-</i>		
<i>ta æterna</i>		109
<i>Gideonis victoria typus</i>		
<i>Christi</i>		113
<i>Gregorius</i> 5. 19. 24.		
78. 103		
H.		
<i>Heliohabili luxus</i>		10
<i>Herodotus</i> 48. 76.		
<i>Hieronymus</i> 13. 16. 23.		
48. 61. 63. 73. 78.		
88. 89.		
<i>Hilarius</i>		36
<i>Historia de Alexandro</i>		
	<i>Irenæus</i>	31
	<i>Isaaci ætas</i>	1
	<i>Isidorus</i>	28. 85.
	<i>Isocrates</i>	12
	<i>Iulius Cæsar</i>	84
	<i>Iustinus Martyr</i>	30
	<i>Iuuenalis</i>	77
	<i>Lactantius</i>	

INDEX.

L.		nitio ibidem. Species
Lactantius	9.94.	83. nō timenda ibid.
Leonis Pontificis impia sententia de vita eterna	75	repentina 84. ubiq; presens ibid. prima quid sit 86. Secun- da quid. ibid. disse- retia inter primam & secundam ibid. piorum qualis 86. impiorum qualis 87
Lucretius	49	
Lutherus	99. 102.	
quibus verbis, ubi. qua etate, quo anno & die obdormierit	ibid.	
M.		N.
Macrobius	10	Nazian. 49. 64. 79.
Miseria humana tri- plex secundū Bern- bard. 54. multiplex	104	Nero deriste mortuo- rum resurrectionem
55. 58. comitatur		
coniugium	56	
Monicæ exclamat.	65	
Mors unde venerit	2.	
52. omnibus com- munis 2. 3. mortis derinatio 82. defi-		
		O.
		Ocium fugiendum 13. alut pravas cupidi- tates ibid.
		Olympiodorus 88
		Origen. 4. 12. 45. 54.
		Ori.

INDEX.

Origenis error	23	Photinus	2. 51.
Ouid. 13. 47. 49. 84.		Pietas	8. 9.
P.		Plato	4. 12. 35.
Pœnitentia requiritur		Plinius	10. 48. 84.
ab omnibus 14. de		Plinij error	101
ea testimonia vete-		Plutarchus	1. 10. 28.
ris Testamenti 15.		Policronius & Porphy.	
novi Testamenti 17.		negauerunt mortu-	
non est differenda		orum resurrect. 102	
19. post eam non		Præcepta ευθαλασσίας	
peccandus rursus		4. 10. 14. 29. 33.	
22. in hac vita a-		Prædestinatio inferni	
genda ibid. sera. ra-		tentatio	32
to vera & pericu-		Propertius	85
losa	24	Prosper	26. 68.
Parentum officium	6	Prudentius	86
Patriarcharum ætas		R.	
ante & post diluui-		Resurrect. nostræ testi-	
um dissimilis	1	monia 94. cum seq.	
Philosophorum opinio-		Rosa Typus humanæ	
nes de causis cala-		vite	50
mitatum	51	S.	
Philoxeni ingluviæ	10	Sadducei negarunt	
		resurre-	

INDEX.

<p>resurrectionē 102 Seneca 10.12.29.51. Simile 58.113 Socrates 3 Suetonius 10 Symboli verba. Credo carnis &c quomodo recitavit antiqui- tas 105</p> <p style="text-align: center;">X.</p> <p>Testamentū ante obitū condendum. 45. quomodo faciendum ibid. non fugiendum metu mortis 47 Tertull. 4.73.103. Thalassius 28 Theodoretus 23.100 Timor Dei o. est caput solidae sapientiae 8 Turcici Alcorani signifi- cantiū 71</p>	<p style="text-align: center;">V.</p> <p>Verbum Dei descendum 5. à prima iuuentu- re 8. eius fructus. praestantia, efficacia ibid. Via duplex 25 Vita aeterna datur à solo Christo 99. in ea nulla erit defor- mitas 67. alter al- terum cognoscat. ibi- bid. inuidiae & vim- dictae cupiditatis ex- pers 70. in eo vnum corpus altero clarius ibid. omnes poterit mus Christum vide- re 71. non opus erit cibo & potu. ibid. erit summa agilitas corporum 73. non desideratur à mun- do</p>
--	--

I N D E X.

do 75. creditur in	iubilæus ibi.	
Symbolo 109 ostens	Vitell, luxus	10
sa est in Enocho, E-		
lia & Christo ibid.	Z.	
orit Sabbathum ex	Zamolxis	76
Sabbatho ibi. annus	Zenocarus	35

LIPSIÆ.

*Imprimebat Franciscus
Schneiboliz.*

Typis hæredum Beyeri.

Anno M. D. XCIX.

10
76
35

Joachi a Nest. Episc.
libellam in quo artem
bene moriendi proponit suo
tumulo iussit inferri. v.
Gr. Episc. Lex. Joachi
Sub. v. v. v.

M
Jg 59 48 = a

(X 227 2590)

Sb.


Von 7



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.



ENCHIRIDION
DE ARTE BENE
BEATEQVE MO.
RIENDI,
Conscriptum per
IOACHIMVM ÆBEVST,
in Plunitz I.C. ætatis
suae 75.

Cum gratia



Privilegio.

Impensis Bart. Voigel. Anno 99.

